

SYNODUS ORIOLANA


SECUNDA

SUB SANCTISS.

D. N. CLEMENTE VIII.
Regnante Potentissimo Philippo III.
Rege nostro Catholico ce-
lebrata.

A REV. D. D. JOSEPHO STEPHANO
Episcopo Oriolano Kal. Octob.
M.DC.

*Additæ sunt Constitutiones Ecclesiæ Collegia-
tæ S. Nicolai Civitatis Alicanti.*



EDITIO SECUNDA SUPERIORUM PERMISSU.

Murciæ : Apud VIDUAM Philippi Teruel.

SYNODUS ORIOLENSIS


SECUNDA

SUBSIDIARIA

D. N. CLEMENTE VIII.
Regnante Reverendissimo Philippo III.
Rege nostro Catholico etc.

A REV. D. D. JOSEPHO STEPHANO
Episcopo Oriolano Ral. Orob.
M.D.C.

Aditus sunt Constitutiones Ecclesie Collegis
in S. Nicolai Civitate Alimantia



EDITIO SECUNDA SUPERIORUM PERMISSIBUS
Mancia: Apud VIDUAM Philippum

IOSEPHUS STEPHANUS

EPISCOPUS ORIOLANUS.

*Præsbyteris & Clero nostræ Ecclesiæ
Cathedralis, totiusque Diæcesis
Oriolanæ. Salutem in
Domino.*

Singulari profecto Dei munere, factum est, ut post laborum, & difficultatum procellas, quas ut densissimas tenebras Sol, sic miseratio divina dissolvit, demus iam vobis, *Filii Carissimi*, typis excussa, quæ ex sacrosancti Trid. Concilii præscripto, ad Ecclesiarum nostrarum cultum, debitumque regimen, vel restituendum, vel propagandum in Synodo II Oriolana decrevimus. Habetis ergo quasi publicum horreum, bonorum omnium ad publicam utilitatem, & decus, varietate abun-

abundè refertum, quæ vobis in CHRIS-
TI visceribus sollicitè ministravimus, ne
quidquam deesse posset ad Christianæ
pietatis officium. Sed quoniam quanto
est obedientia officii præceptione præ-
stantior, tanto maior est obedientium,
quàm legumlatorum commendatio: ideo
curatè vos omnes, quo maximo potestis,
& debetis obsequio, ut non tam nostra
in proferendis decretis paterna erga vos
cura, & debita pastoralis officii functio,
quàm prompta vestra voluntas, probitas,
& decretorum omnium observantia præ-
dicetur. Vos verò Vicarii omnes, Reçto-
res, Curati, & Præsbyteri, curam ani-
marum gerentes, *quos elegit Dominus,*
ut stetis coram eo, & ministretis illi,
colatisque eum, & cremetis ei incen-
sum, efficite, ut idem subditorum om-
nium in observandis, & exequendis de-
cretis, ac Synodalibus constitutionibus
pietatis, & obedientiæ studium, par ad
virtutem ardor eluceat: ne errata popu-
lo-

lorum vobis , quorum interest illos in officio continere , attribuantur , sicuti cum horologium perperam horas significat, culpam illi conferimus , cuius curæ & gubernationi commissum est. State igitur accincti lumbos mentis , ac corporis auro purissimo castitatis , nitidi , læti, alacresque ad imperata servanda agnoscentes , vos non hominibus , sed cordium inspectori Deo viventi ministrare, quem ex animo colere oportet , ut suavitatis incensum vestrarum orationum ac operum , & vitæ anteaactæ labores offeratis , quibus populum ad virtutem erigere, & Christi Domini suavissimos odores afflare possitis. Id hortabatur Iudith fæmina sanctissima , ut populi animos timidos , & à pietatis studio prolapsos accenderet : *Et nunc fratres , quoniam vos estis præsbysteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum , ad eloquium vestrum corda eorum erigite. Quod si verbis corda excitantur , & lubri*

bricæ cupiditates maiorum vocibus coercentur, quanto magis exemplo, gravitate, constantia? Quæ planè non optamus solùm, sed certè pro nostro in vos studio, & paterna pietate à vobis exigimus; qui testes fuistis locupletissimi nostræ curæ, nostræ operæ, nostræ sollicitudinis, quam ad spiritualia huius Diœcesis commoda, & ornamenta contulimus. Bene valete in Domino, à quo vobis virtutum omnium progressum, & cælestis gratiæ cumulum perpetuo deprecamur.

Secundæ Synodi Oriolanæ statuta à
Reverendissimo Domino in Chris-
to Patre D. Iosepho Stephano, Dei,
& Apostolicæ Sedis gratia Episcopo
Oriolano edita, ego Sebastianus Gar-
cia Presbyter, Sacræ Theologiæ Do-
ctor Capellanus regię maiestatis in Ca-
thedrali Ecclesia Oriolan. vidi, legi,
perlegi ex commissione Ioannis Baptistæ
Boil Decretorum Doctoris, civitatis &
Diœcesis Oriolan. Vicarii generalis &
Officialis, in quibus nihil Fidei Catho-
licæ, & bonis moribus repugnans inve-
ni, sed potius quæ ad sanam doctri-
nam, morum reformationem, & Ec-
clesiarum cultum & ornatum concer-
nunt. Quare ut in communem tam Cle-
ri, quam populi Christiani ædificatio-
nem

nem evulgentur, typis excudenda cen-
seo. In quorum fidem hæc manu pro-
pria subscripsi Oriolæ. Die 24 mensis
Februarii. Anno Domini M.DCI.

D. Garcia.

D.

D. O. M.

LITTERÆ INDICATIONIS
SECUNDÆ SYNODI
ORIOLANÆ.

Iosephus Stephanus, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Oriolanus, Regiusque Consiliarius. Dilectissimis Nobis in Christo Præposito, Canonicis, & Capitulo nostræ Cathedralis Ecclesiæ Oriolan. necnon Decano, & Canonicis nostræ Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai oppidi civitatis nuncupatæ de Alacant, ac aliarum nostræ Diœcesis Ecclesiarum Parochialium Beneficiatis, Rectoribus, Hebdomadariis, Vicariis, cæterisque Præsbyteris, curam animarum exercentibus, quibus à iure, vel consuetudine competit Episcopali Synodo interesse, & assistere: ac universis, & singulis Civitatum, oppidorum, & locorum

rum

2. Litteræ Indictionis

rum istius Diœcesis Consulibus, Iuratis, cæterisque Secularibus personis ad quos, vel ad quas infra scriptum negotium pertinet, & spectat, salutem in Domino.

Docet Christiana Religio Sanctorum Patrum usu, & exercitatione comprobata, frequentem Conciliorum celebrationem, præter alia pastoralia munera præcipuam agri Dominici esse culturam, quæ infœcundas herbas impietatis, doctrinæ falsæ proscindit; subnascentes abusuum fibras virtutum vomere, & satione convellit; mores corruptissimos aratro pietatis evertit: ut terra, quæ antea vitiorum spinas, & tribulos germinans, teste Paulo, reproba, & maledicto proxima videbatur, postea cælestem, ac divinum rorem imbibens, herbam, ac fructus uberrimos proferat. Nam cum agriculturæ artis sit, labore, & impensa conficere, ut agrorum vitia rescindantur, & segetes, expurgatis arvis, maiori incremento proveniant, arborumque foetus uberriores fiant: propterea Christus Dominus diligentissimus nostrarum animarum
agri-

agricola, suum agrum aratro Crucis, & sui sanguinis imbre consevit, Apostolosque & eorum successores Episcopos, tamquam virtutum colonos designavit, ut multiplici pietatis studio, & conciliorum irrigatione, Vineæ à Deo sanctæ & electæ fructibus, & fertilitati consulere. Hoc munus ab hinc triginta, & eo amplius, annis, diligentissime executus est vir ad omnem laudem instructus D. Gregor. Gallo prædecessor noster, primus huius Sedis Episcopus, qui in illis primis huius Ecclesiæ incunabulis, in illa rerum, & negotiorum contentione perfecit, ut prima Synodus Diocesana, tertio suæ promotionis anno, celebraretur: qua mores hominum, lubrico vitæ cursu prolapsos, sin non omni ex parte, quod est longe difficillimum, saltem aliqua vel adumbrata, vel delineata vivendi ratione, componeret. Et quamvis alii prædecessores nostri in populi sibi commissi tranquillitatem, & animorum incolumitatem natura propensissimi, Synodos Diocesanas cogere, pro sua pastorali curatione, contenderint; numquam tamen tam
 pii

pii Christianique voti compotes evadere
 potuerunt, adnitente nimirum antiquo hu-
 mani generis hoste, aliasque ex aliis dif-
 ficultates, & impedimenta obiiciente, ut
 tantum huius Ecclesiæ, & totius Diœce-
 sis commodum, quod prorsus auferre non
 poterat, saltem quàm diutissimè retar-
 daret. Huius rei nos sumus locupletissi-
 mi testes, qui ex Vestano Episcopatu,
 ad huius Ecclesiæ curationem sola Dei
 clementia designati, statim intenta ocu-
 lorum, & mentis acie, in omnes huius
 Diœcesis partes circumspicientes, in eam-
 dem celebrandæ Synodi curam, & co-
 gitationem, pro suscepti muneris officio,
 incumbere coepimus: sed eisdem, quibus
 prædecessores nostri, & fortasse maio-
 ribus difficultatibus involuti, & gravio-
 ribus præpediti, rem per sex integros
 annos conando, & laborando, inchoa-
 re nequivimus. Longum esset enumerare,
 quos eo tempore labores in totius Diœ-
 cesis visitatione, & Ecclesiæ Cathedra-
 lis consecratione, suscepimus; in quas,
 pro nostræ Ecclesiæ iurisdictione asse-
 renda, contraversias, velitationes, &
 fluctus

fluctus inciderimus ; quas nobis Morischo-
 rum Christiana Catechesis , educatio ,
 Parochialium erectio , templorum exstruc-
 tio , Concionatorum designatio , expensas ,
 curas , & vitæ acervitates attulerint ;
 quanti nobis incommoditatum , & mole-
 stiarum exstructi , & admoti sint fasces ,
 ut à nostro erigendi Ecclesiam S. Nico-
 lai in Collegiatam consilio , & studio de-
 turbaremur. Quæ impedimenta , licet Sy-
 nodi convocationem retardarunt , non ta-
 men nostrum avocarunt animum , quò mi-
 nus mediis laborum tempestatibus , quas
 libentissimè pro Christo pertulimus , ad
 eam indicendam , & celebrandam esset in-
 tentior. Ergo cum rerum omnium nihil no-
 bis esset antiquius , nihilque quod magis
 ad Dei honorem , & laudem quæreremus ,
 quam opportunam occasionem invenire , qua
 nostri subditi ad virtutem , & pieta-
 tem impellerentur , Sanctissimi Domini
 N. Clementis VIII. auctoritate , & piis-
 simi , verèque Catholici Regis nostri Phi-
 lippi III. beneficio , & munere factum
 est , ut amotis omnibus difficultatibus ,
 & disceptationibus , libera nobis esset
 Sy-

Synodum convocandi, & in ea statuendi facultas. Iesu-Christo igitur D. N. auspice, qui procellas, ac turbines sedat, qui fluctus, ac vortices pedibus Petri substernit; secundam hanc Synodum Oriolanam ad ipsius laudem, & populi nobis commissi salutem indicimus, denunciamus, convocamus, & die prima mensis Octob. celebrandam esse statuimus, atque decernimus. Quamobrem vos omnes & singulos supra dictos exhortamur in Domino, & monemus, vobisque Ecclesiasticis personis supra dictis, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub censuris & pœnis à iure impositis, vel in Constitutionibus Provincialibus contentis, præcipimus, & mandamus, quatenus postquam per has nostras litteras citati & moniti fueritis, prout vos citamus & monemus, per vos, aut vestros legitimos Procuratores, si infirmitas, aut aliud canonicum impedimentum non obstat, in nostro Palatio Episcopali Oriolan. die superius assignata, personaliter interesse curetis, proposituri, & recitaturi ea, quæ ad corrigendos excessus,

mores reformandos, & alia, quæ ad animarum plebis nobis commissæ salutem, divini cultus augmentum, bonum, & utile huius nostræ Diœcesis, totiusque Cleri, & Ecclesiarum reformationem, & statum concernunt. Vos verò seculares personas superius nominatas hortamur in Domino, ut si quæ vobis occurrant, quæ ad dictam Synodum faciant, nobis denunciare, & insinuare curetis. Alioquin in & super præmissis, & aliis dictam Synodum concernentibus, prout iuris, & rationis fuerit, vestra absentia in aliquo non obstante, verum contumacia sic, exigente, in dicta Synodo procedemus. Super præsentatione verò præsentium vobis facienda, relationi latoris earumdem fidem indubiam adhibebimus: quas etiam in valvis dictæ nostræ Cathedralis Ecclesiæ Oriolan. ut huiusmodi Synodi Diœcesanæ convocatio omnibus innotescat, affigi & publicari mandavimus. Ut verò à Deo patre luminum cœlestem lucem animi, consilii, & gratiæ affluenter haurire possimus, iuxta admonitionem Concilii III. Toletan. quæ incipit: Cum pro fidei, ieiunium, &

pu-

publicas preces indicimus, quas olim Patres in convocandis Synodis indicebant. Volumus autem ut à præsentium publicatione, donec Synodum absolutam esse constiterit, Litanie singulis diebus in nostris Ecclesiis recitentur: tertia vero, & sexta Feriis, & die Sabbati proximè, & immediatè hebdomadam celebrationis Synodi antecedentibus, ab omnibus Christi fidelibus si commodè fieri poterit, vel saltem ab Ecclesiasticis personis, piè, & studiosè ieiunium frequentetur; ut Nos omnium votis, studio, oratione, precibus, ieiuniis sufficienter adiuti, clarissimo Iesu Christi lumine, & splendore illustrari, & ornari possimus. Dat. Oriolæ in Palatio nostræ solitæ residentie, die XXXI. mensis Augusti anno Domini M.DC. Pontificatus S. D. N. Clementis divina providentia Papæ VIII. anno IX. Regnante Catholico, & piissimo Domino, & Rege nostro Philippo III. suorum regnorum anno II.

Josephus Episcopus Oriolan.

De dicti Rev. Dñi. mei Episc. mand.
 Antonius Tari, Notarius,
 & Secretarius Synodi.

DE MODO STUDIOSE

VIVENDI

IN SYNODO.

Josephus Stephanus Dei, & Apostolicae Sedis Gratia Episcopus Oriolan. & de Consilio suae Maiestatis, Dilectissimis nobis in Christo Praeposito, Canonicis, & Capitulo nostrae Cathedralis Ecclesiae Oriolanae necnon Decano, & Canonicis nostrae Ecclesiae Collegiatae S. Nicolai Oppidi Civitatis nuncupatae de Alacant, ac aliarum nostrae Diocesis Ecclesiarum Parochialium Beneficiatis, Rectoribus, Hebdomadariis, Vicariis, caeterisque Praesbyteris curam animarum exercentibus, quibus à iure, vel consuetudine competit Episcopali Synodo interesse, & assistere, & aliis in hac Ecclesia praesentibus, ac universis, & singulis Civitatum, Oppidorum, & lo-

10 Decret. de modo vivendi
corum istius nostræ Diœcesis Consuli-
bus, Juratis, cæterisque sæcularibus
personis, ad quos, vel ad quas infras-
criptum negotium pertinet, & spectat,
salutem in Domino.

Cum præcipua nostræ sollicitudinis
pastoralis cura, & intentio existat, ut
divinus cultus, & Ecclesiarum nostra-
rum ornamentum indies augeatur, pia
populi devotio, & religio creseat, om-
nesque vitia fugiant, & virtutes ample-
xentur, & in hac venerabili secunda
Diœcesana Synodo Oriolana ea statuan-
tur, & decernantur, quæ maximè sint
morum reformationi salutaria, & ad
pietatis augmentum, & virtutum pro-
pagationem conducant: proinde omnes, &
singulos Christi fideles, tam Ecclesiasti-
cos, quàm sæculares nostræ spiritali gu-
bernationi subiectos, exhortandos esse de-
crevimus, prout per præsentis exhorta-
mur in Domino, & commonemus, ut re-
sipiscant; & honestius ac salubrius vitæ
genus instituentes, cum vera animi pœni-
tentia peccatorum hactenus commissorum,
orationibus, Eleemosynis, aliisque piis
exer-

exercitationibus consilia nostra, conatus,
 actiones, & opera in hac secunda Syno-
 do iuvare, & promovere contendant.
 Quoscumque verò Christi Sacerdotes, cu-
 iuscumque dignitatis sint, in hac civita-
 te congregatos, hortamur in Domino, ut
 singulis diebus, in quibus hæc Diœce-
 sana Synodus celebranda est, orationes,
 preces, laudes, hostias, obsecrationes,
 postulationes, & gratiarum actiones om-
 nipotenti Deo, cuius opera à misericor-
 dia secerni non possunt, offerant; sacri-
 ficiam Missæ peragant, pro S. D. N.
 Clemente divina providentia Papa VIII.
 pro Catholico, Optimo, ac Pacifico D. N.
 ac Rege nostro Philippo III. pro huius
 secundæ Diœcesanæ Synodi Oriolanæ
 prospero, felicique eventu, pro huius
 urbis, ac totius Diœcesis salute, & or-
 namento, pro divini cultus religione pro-
 paganda. Caveant præterea, ne quid in-
 honestum, impudens, & sacerdotali dig-
 nitate prorsus indignum, vel publicè, vel
 privatim agant, aut loquantur; sed in
 omnibus actionibus, sermonibus, consiliis,
 cogitationibus, & exercitationibus, se

12 Decret. de modo vivendi.

egregiè cautos , & circumscriptos præbeant : ut quando in sortem Domini vocati sunt , vitam moresque suos omnes ita componant , ut habitu , gestu , incessu , sermone , aliisque rebus omnibus , omnia gravia , moderata , ac religione plena , præseferant , eorumque actiones cunctis afferant venerationem. Sedula etiam animadversione , diligentique examine secum ipsi meditentur , & prudenti , ac solerti investigatione perquirant , quibus potissimum consiliis , modis , atque rationibus hæc Diæcesana Synodus optato exitu claudi , terminarique possit. Current etiam seculares , cum in hac Civitate ad Dei laudem fuerint congregati , Dei servitio ita esse mancipatos , ut nullum inter eos scandalum , nullum procerax factum , aut dictum oriatur , sed omnia ad pietatem fiant. Quotiescumque verò sententiæ proponendæ erunt , aut consilia præbenda , iuxta Concilii Tolentan. XI. Cap. I. statutum , quod incipit ; in loco Benedictionis , omnes in hac Synodo interessentes , immodestas voces , & clamores , incompositas corporis , & manuum

num agitationes, & gesticulationes, pedum strepitus, tumultus, falsas, vanas, incertas, aut obstinatas controversias, & disceptationes reiiciant; sed quidquid dicant, mitissimè ac compositè proferant, ut ex ipsa verborum prolatione tranquillitas animi, & mentis quies dignoscatur. Nullus præterea audeat sub excommunicationis pœna Synodum interpellare clamoribus, aut instantiis, aut protestationibus, quæ scandalum faciant, impedire, permiscere, aut perturbare. Quidquid verò proponendum, instandum, agendum, aut gerendum erit, id apud Nos in œdibus nostris modestè, & moderatè, sine scandalo, & populi contentione fiat. Quisquis verò, cuiuscumque dignitatis extiterit, secus attentare, aut experiri præsumpserit, à nobis, prout iuris fuerit, punietur. Dat. Oriolæ in nostro Palatio Episcopali, die prima Octob. anno Domini MDC. Pontificatus S. D. N. Clementis Papæ VIII. anno IX. regnante Catholico, & piissimo Do-
mi-

14 Decret. de modo vivendi
mino, ac Rege nostro Philippo III. suo-
rum Regnorum anno III.

Iosephus Episcopus Oriolanus.

De dicti Rev. Domini mei Epis-
copi mandato.

Antonius Tari Notarius,
& Secretarius Synodi.

SE-



SECUNDÆ
 SYNODI ORIOLANÆ
 DECRETA.

PROFESSIO FIDEI.

IN nomine Sanctissimæ , & individuæ
 TRINITATIS, Patris, & Filii, & Spiritus
 Sancti. Amen. Venerabilis hæc secun-
 da Synodus Oriolana , ex sacrosancti
 Concilii Tridentini (a) decreto legitimè
 congregata, Kalendis Octobr. Anno Do-
 mini MDC. sub Beatissimo D. N. D. Cle-
 mente , divina providentia Papa VIII.
 Pontificatus eius Anno IX. Regnante
 Piissimo , Catholico , Maximo , Pacifi-
 co , Fidei Propugnatore , ac Defensore
 D. N. ac Rege nostro Philippo III. Reg-
 no-

norum eius anno III. Præsidente in ea Reverendissimo D. Iosepho Stephano, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia, Episcopo Oriolano, Regioque Consiliario, Sanctorum Patrum vestigiis, ac munitis insistens, hanc Fidei confessionem, quam à Maioribus, traditione constantissimæ veritatis, accepit, iuxta formam à fel. record. Pio Papæ IV. traditam (b) in hunc, qui sequitur, modum profitetur:

Credo in unum Deum Patrem omnipotentem, factorem cœli, & terræ, visibilium omnium, & invisibilium: & in unum Dominum Iesum-Christum, Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo verò, genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt: Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis, & incarnatus est de Spiritu Sancto, **EX MARIA VIRGINE, ET HOMO FACTUS EST.** Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pi-

Pilato ; passus , & sepultus est ; & resurrexit tertia die secundum scripturas ; & ascendit in cœlum , sedet ad dexteram Patris ; & iterum venturus est cum gloria iudicare vivos , & mortuos , cuius regni non erit finis. & in Spiritum Sanctum Dominum , & vivificantem , qui ex Patre , Filioque procedit ; qui cum Patre , & Filio simul adoratur , & conglorificatur , qui locutus est per Prophetas : & unam , sanctam , Catholicam , & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptismum in remissionem peccatorum ; & expecto resurrectionem mortuorum , & vitam venturi sæculi. Amen.

Apostolicas , & Ecclesiasticas traditiones , reliquasque eiusdem Ecclesiæ observationes , & constitutiones firmissimè admittit , & amplectitur.

Item sacram Scripturam , iuxta eum sensum , quem tenuit , & tenet Sancta mater Ecclesia , cuius est iudicare de vero sensu , & interpretatione sacrarum scripturarum , admittit. Nec eam unquam , nisi iuxta unanimum consensum Patrum , accipiet , & interpretabitur.

Pro-

Profitetur quoque, septem esse verè, & propriè Sacramenta novæ legis à Iesu Christo Domino nostro instituta, atque ad salutem humani generis, licet non omnia singulis necessaria, scilicet, Baptismum, Confirmationem, Eucharistiam, Pœnitentiam, Extremam-Uctionem, Ordinem, & Matrimonium, illaque gratiam conferre; & ex his Baptismum, Confirmationem, & Ordinem, sine sacrilegio reiterari non posse.

Receptos quoque, & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus, in supradictorum omnium Sacramentorum solemnè administratione, recipit, & admittit.

Omnia, & singula, quæ de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita, & declarata fuerunt, amplectitur, & recipit.

Profitetur pariter in Missa offerri Deo verum, proprium, & propitiatorium sacrificium pro vivis, & defunctis. Atque in Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento esse verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem, una cum
ani-

anima & divinitate Domini nostri Iesu-Christi : fierique conversionem totius substantiæ panis in corpus , & totius substantiæ vini in sanguinem : quam conversionem Catholica Ecclesia transubstantiationem appellat.

Fatetur etiam sub altera tantum specie totum , atque integrum Christum , verumque Sacramentum sumi.

Constanter tenet Purgatorium esse , animasque ibi detentas fidelium suffragiis iuvvari.

Similiter & sanctos una cum Christo regnantes , venerandos , atque invocandos esse , eosque orationes Deo pro nobis offerre ; atque eorum reliquias esse venerandas.

Firmissimè asserit imagines Christi , ac Deiparæ semper Virginis , necnon aliorum Sanctorum habendas , & retinendas esse , atque eis debitum honorem , ac venerationem impertiendam.

Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse , illarumque usum Christiano Populo maximè salutarem esse affirmat.

San-

Sanctam, Catholicam; & Apostolicam Romanam Ecclesiam omnium Ecclesiarum matrem, & magistram agnoscit; Romanoque Pontifici, Beati Petri Apostolorum principis successori, ac Iesu-Christi Vicario, veram obedientiam spondet, ac iurat.

Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Conciliis, ac præcipuè à sacrosancta Tridentina Synodo tradita, definita, & declarata indubitanter recipit, atque profitetur, simulque contraria omnia, atque hæreses quas-cunque ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas hæc II. Synodus Oriolana pariter damnat, reiicit, & anathematizat.

(a) *S. Concilium Trid. sess. 24. cap. 2.*

(b) *In Bulla 112. quæ incipit: In sacrosancta, & Bulla 114. Iniunctum.*

SESSIO PRIMA DIE IV.
 mensis Octob. habita, & die V.
 eiusdem in Ecclesia Cathedra-
 li promulgata.

*De receptione S. Concilii Triden-
 tini, Pontificalis Romani, &
 aliarum Litterarum Aposto-
 licarum.*

CAP. I.

IN hac secunda venerabili Synodo
 Oriolana, non solum sacrosanctum
 Tridentinum Concilium, ad hæreses
 evellendas & mores informandos insti-
 tutum, admittimus; sed etiam Sanctio-
 nes, Regulas, Ordinationes, Consti-
 tutiones, & Decreta omnia, à S. Sede
 Apostol. emanata, & publicata, quan-
 tum

tum in nobis est, publicè, & palam amplectimur.

Pontificale etiam S. D. N. Clementis VII. iussu emendatum, & editum, (a) iuxta illius seriem, ordinem, & tenorem, in nostra Cathedrali, Collegiata, & in reliquis nostris Ecclesiis recipi, & admitti, ritus omnes & cæremonias in eo præscriptas ab omnibus etiam Dignitatibus, & Canonicis nostrarum Cathedralis, & Collegiatæ, aliarumque Ecclesiarum Rectoribus, & Presbyteris, observari, & retineri strictè præcipimus.

Provinciale quoque Concilium Valentinum, ut est à Sede Apostolica emendatum, & primam Synodum Oriolanam à Reverendissimo D. Gregorio Gallo primo huius Sedis Episcopo antecessore nostro, habitam libenter admittimus; exceptis his constitutionibus, quæ in hac nostra secunda Synodo, pro temporum varietate, corriguntur.

Processionale, & Ordinarium Valentinum, abrogato Carthaginensi, in

nos-

nostra Dioecesi servandum volumus, donec aliter à nobis diligentius fuerit consultum.

(a) Constitutiones item omnes, statuta, ordinationes, & decreta, quæ liti-
bus occasionem suppeditare possunt, &
sine auctoritate, & approbatione, vel
nostra, vel antecessorum nostrorum, huc-
usque sancita sunt, ut in cap. 4. primæ
Synodi Oriolanæ decretum est, abole-
mus, cassamus, abrogamus, eaque nul-
la, cassa, & inania iudicamus, ac de-
claramus.

Nullus verò, cuiuscumque digni-
tatis extiterit, statuta sibi proposita
iuret, nisi illis integrè visis, lectis,
auditis.

Nullus item statuta damnosa, aut
Ecclesiæ dignitati contraria iurare, vel
à suo iure decedere, ipsique renuncia-
re, possessionis non assequendæ metu,
ab aliis compellatur: alioquin eos, qui
eiusmodi iuramenta exigere, & extor-
quere contendent, tamquam felic. re-
cord. Gregorii XIII. constitutionis 103,
quæ incipit: *Inter Apostolicas*, (b) vio-
la-

latores , gravissimè puniendos esse decernimus.

(a) *Ex bulla Pontificalis Romani.* (b)
Ex Bullario Rom. p. 2.

*De personis , quæ fidem profiteri
tenentur. Cap. II.*

CAtholicam fidem amplecti , & ex intimo cordis affectu, suscipere, ac edocere debent , non modo verbi Dei Concionatores , sed etiam ii , qui privatis confessionibus , & monitis poenitentes instituunt. Qua de causa iubemus, ne posthac quis , tam regularium, quàm secularium , audeat sacras confessiones audire , aut Verbum Dei , etiam in privatis suis domibus populo proponere, nisi priùs ante nos fidei professionem emiserit. (a) Qui verò ante hanc Synodum electi , & approbati à nobis iam fuerunt , intra duos menses ab huius statuti publicatione , illam ante nos profiteri teneantur.

Ve-

Volumus autem, ne Rectores animarum quemquam, tam sæcularium, quam regularium, ad concionandum, & ad confessiones audiendas admittant, nisi, ipsis per publicas nostras litteras, expressè de fidei emissæ professione constiterit.

Provisi quoque de Canonicatibus, & Beneficiis curam animarum habentibus, à die possessionis adeptæ, intra duos menses, iuxta decretum S. Conc. Trid. sess. 24. cap. 12 in manibus nostris fidei professionem spondeant, ac iurent.

Clerici item, ad titulum sui patrimonii, vel Beneficii in posterum ordinandi, antequam sacris ordinibus initientur, & postquam fuerint initiati, in priori futura Synodo Diœcesana, fidem profiteri teneantur.

Magistri etiam, qui teneram pueritiam, & rudem iuventutem instituunt, initio cuiuslibet anni, iuxta S. Conc. Trid. decretum, sess. 25. cap. 2. ad id præstandum, solemniter iuramento adstringantur: alioquin si prædicti omnes id facere

neglexerint, vel recusaverint, prout iuris fuerit, punientur.

(a) *Ex decreto Concilii Mediolanen. lib. 1. tit. 1. cap. 10. ex declarat. congreg. Concilii Trid. sess. 24. cap. 4. Ex compend. privileg. Frat. Minorum, verb. professio fidei.*

Qui Doctrinam Christianam docere, qui memoriter tenere debeant. Cap. III.

Hortamur Parochos, & curam animarum exercentes, iuxta decretum S. Conc. Trid. sess. 24. cap. 4. ut singulis diebus Dominicis, & Festivis, per se ipsos, & non per interpositas personas, horis pomeridianis, pueris distinctè fidei rudimenta, vulgari sermone, tradant: (a) & Confraternitatem Doctrinæ Christianæ, iuxta Pii V. constitutionem 156. quæ incipit: *Ex debito pastoralis*, & aliam Gregorii XIII. num. XI quæ incipit. *Illius*. in Parochialibus Eccle-

clesiis iam à nobis institutam , diligentissimè promoveant, & ad sonum campanæ pueros , & puellas , præpositis ad id viris ætate , & pietate maioribus , convocent , & præmiis , & munusculis alligant. Quòd si negligenter in hac re tanti momenti se gesserint , pro negligentia sua , duobus ducatis mulctabuntur.

Illis verò , qui ad suorum peccatorum confessionem accedent , (b) nisi rectè & expressè Dei mandata memoriter tenuerint , ac Dominicam orationem , & salutationem Angelicam , nec non Symbolum fidei , & cætera , quæ ad Catechismum spectant , integrè recitaverint , absolutionis sacramentum nulla ratione conferatur.

Curent Confessarii explorare poenitentium animos , eosque ad rem suæ salutis in primis necessariam excitare , ut in catechesi perdiscenda sedulam operam impendant.

Morischi præterea , cum innumeris suis erroribus , quos à Maioribus imbibent , impediuntur , quo minùs stu-

diosè , & ex animo nostram religionem Christianam discant , maiori diligentia ad orthodoxam fidem perducendi erunt. Qua de causa ut libentiùs & celeriùs Christianam doctrinam , nuptiarum occasione , perdiscant , consultissimum duximus (c) ut quos Parochus futuros sponso rudimenta fidei viderit ignorare , inconsultis Nobis , matrimonio minimè coniungat.

- (a) *Conc. Trid. sess. 22. cap. 8. de sacr. Missæ , & sess. 24. cap. 7. de reform.* (b) *Infra cap. 21.* (c) *Ex decret. Conc. Mediolanen. lib. 4. tit. de sponsal. cap. 26.*

Parochi Morischorum diligentem operam in eorum conversionem impendant. Cap. IV.

QUI seminat , rigat , aut plantat , non est aliquid , sed qui incrementum dat Deus , qui fructuum ubertatem in beneplacito suo largitur. Nos igitur licèt in hac Dioecesi seminare Dei
Evan-

Evangelium, & frequenti concionum irrigatione, inserere Dei virtutem atque doctrinam in Morischorum cordibus studuimus, nihil tamen assequuti sumus ex nobis, quasi ex nobis: sed ille perfecit, qui vocat ea quæ non sunt, & omnibus rebus in tempore suo tribuit incrementa virtutum. Cuius quidem pietate factum est, ut iam omnes totius nostræ Diœcesis Morischi à Christianis novis orti, barbaras vestes exuerint, peregrinum ornatum à maioribus acceptum sponte abiecerint, & multi peccata sua, & impios errores Machometanos in utroque foro, & verbis, & scriptis detestati fuerint, maxima cum lachrymarum profusione. Eorum igitur studium in Domino commendantes, exhortamur Rectores, ut post hac maiori studio & cura contendant, hoc egregium factum & inceptum, ad Dei laudem promovere, orationibus instare, precibus diu noctuque exorare Dominum, ut radicitus ab illorum cordibus errores evellat, quorum iam animos emollire, & mentes fidei splendore illustrare cœpit. Fungantur
igi-

igitur nunc strenue suo munere sacerdotali, pastoralis suæ sollicitudini ne desint, nec molestiis angustientur, nec laboribus defatigentur, aut frangantur: sed charitatis & pietatis visceribus dilatentur, & patientia, modestia, & mansuetudine proficiant: avaritiam, ambitionem, temporalium sollicitudinem fugiant, soli animarum lucro & utilitati pervigilent: ut tardos ac lentos nostrorum subditorum animos urgeamus, atque eos, qui iam semel Ecclesiæ adscripti sunt, in cœlestem patriam inferre possimus.

Ne sacrum Baptismi vas sit fictile, aut luteum. Cap. V.

VAS, seu labrum, sive Baptisterium, in quo sacra aqua Baptismatis continetur, fictile, & ex creta decoctum esse non debet, sed lapideum, tum ob materiæ firmitatem, tum ob mysticam significationem, qua apertè edocemur, spirituales aquas Baptismatis ex petra, quæ

quæ Christus est, (a) emanasse, & eas consequente, Christi scilicet permanente, & assistente virtute, ad fidelium regenerationem, & ad remissionem peccatorum, omnes perpetuarum gratiarum effluxisse. Qua propter iubemus, ut à nostris Ecclesiis Parochialibus intra sex menses, vasa omnia terrea, & fictilia, in quibus nunc sacrum lavacrum continetur, explodantur, & ex duro lapide fiant: quæ sera muniantur firmissima, & exteriùs mundis lintheaminibus, ac lampade accensa decenter ornentur: cum in eo loco per lavacri virtutem, Jesu Christo nostræ salutis auctori spiritualiter inseramur.

Vas verò seu Patella, qua Baptizatorum capitibus aqua infunditur, lignea, aut terrea, aut cuprea, aut aerea, quæ rubiginem contrahit, nequaquam fiat, sed ex argento confletur, ad tantæ rei ornatum, & sacramenti splendorem.

(a) 1. Corint. 10. (b) *Ex Synodo Illerdensi apud Burchardum lib. 4. cap. 15. de consecrat. dist. 4. c. omnis presbyter.*

Ad Sacramentum Baptismatis Patrini salem, cereos & alia necessaria adferre debent.

Cap. VI.

Administratio sacramentorum Ecclesiae ritè, ac debitè peragi debet, nihilque quod ad illorum decorem, cultum, & administrationem pertineat, prætermitti. Quamobrem in sacramento Baptismatis, quod est ianua cæterorum, qui puerum, vel puellam è sacro illo regenerationis fonte suscepturi sunt, qui communiter, *Patrini* dicuntur, illos ornatè & circumspectè vestitos, ad Ecclesiam deducere, & salem, ac cereum, reliquaque necessaria ad Baptisma peragendum, adferre curent. Quos, Nos etiam ut id exequantur, pro nostra pastorali cura, & sollicitudine admonemus.

Cerei verò, & faculæ, quæ ad Ecclesiam afferuntur accendi debent, (a) & iuxta cap. 51. prioris Synodi Oriolan. exhi-

exhibita pro eis pecunia, in domum reduci, aut redimi nequaquam debent; sed in Dei servitio & cultu, cui iam dicati fuerunt, insumantur.

Cum in Baptismo spiritualis cognatio contrahatur, curet Parochus, ne illi Patrini designentur, qui primi, ut plerumque fit, in via occurrunt, aut vix defacio noti sunt, & parentibus pueri baptizandi prorsus ignoti: sed solum eos ad parvulum suscipiendum admitat, qui sint familiariter cogniti parentibus pueri. Hac enim adhibita cura, ea pericula fugientur, quæ solent inter ignotos accidere.

Admoneat præterea illos, iuxta S. Concil. Trid. decretum sess. 24. cap. 2. quam cognationem contraxerint, ut nomen pueri, & parentum recordentur, ne ulla post hac ignoratione excusari possint.

Morischi Patrinos & susceptores eligant, qui suos filios ex sacro fonte suscipientes, pietatem & religionem illos doceant, ut pium animi affectum & vo-
lun-

luntatem adscribendi filios suos Christianorum numero exhibere videantur.

(a) *Nazianzenus orat. ad Sanctum Baptisma. Gregor. Turon. lib. 5. histor. cap. 11.*

Ut singulorum, qui confirmantur, singuli sint susceptores.

Cap. VII.

Iginus Papa Sanctissimus, Ecclesiae Rom. consuetudinem laudans, (a) voluitne unus esset omnium confirmandorum susceptor, nisi id necessitas coëgisset. Nos verò eiusdem Eccles. Rom. consuetudinem imitari cupientes, posthac præcipimus, ut singulis pueris singuli in Confirmatione susceptores, ac fideiussores designentur, qui pueros pietatem & religionem doceant, & ad virtutem exemplo suo, & religiosis moribus inducant.

Pueri, (b) nisi septennio maiores, ad confirmationem minimè ducantur: cum deceat eos tanti sacramenti meminisse.

Nul-

Nullus audeat libros, in quibus Baptizatorum, Confirmatorum, & Sponsorum nomina describuntur, ab Archivis Ecclesiæ extrahere, aut alicui commodato dare, ut sine præsentia Parochi evolvantur: qui secus fecerint, excommunicationis poenam incurrant: cum ex eius rei negligentia, vel dolo gravissimæ in hac Diocesi lites excitatæ fuerint.

(a) *De consecrat. dist. 4. cap. in Catechesi.* (b) *Ex Catechismo Romano.*

Ne in privatis Oratoriis Missæ recitentur. Cap. VIII.

Licentias omnes, quæ ab Antecessoribus nostris, vel à nobis concessæ sunt, ut in privatis Oratoriis, vel Sacellis, vel Eremitariis privatæ Missæ recitentur, omnino revocamus: cum experimento compertum sit, hac occasione sæculares in Dei cultum negligentiores effectos, parum in pietate profecis-

cisse ; rarò suas Parochias frequentase, ubi Verbi Dei conciones haberi solent, quæ maximè ad laicorum utilitatem, & fidei propagationem conducunt. (a) Quare strictè præcipimus, ut quæ in cap. 10. primæ Diocesanae Synodi Oriolan. sancita sunt, diligentissimè serventur.

(a) *De consecrat. dist. 1.c. unicuiq. Conc. Parisien. lib. 3. cap.6. Conc. Trid. sess.22. decret. de obser. & vitan. & ibi Congreg. Card. Navarrus cap. 25. num. 81.*

De iis, qui iurgiorum occasione Altaria nudant, aut Ecclesiastica officia perturbare præsumunt. Cap. IX.

Non possumus non graviter, iuxta Concilii XIII. Tolet. c. 7. decretum, adversus eos sacerdotes commoveri, qui molestia fraternæ contentionis impulsus, aut aliqua litium amaritudi-

dine permoti , magno cum totius populi scandalo , Altaria nudant , eaque sacris vestibus exuunt ; capellas occludunt ; luminaria subtrahunt , ornamenta , libros chori , & missalia occultant , & divini sacrificii cultum , controversiarum occasione , præpediunt. Quamobrem sub excommunicationis poena præcipimus , ut de cætero sacerdotes , quocumque nomine & dignitate censeantur , & aliæ quævis personæ se ipsos ab huiusmodi abusibus temperent , neque prohibeant sacrosanctum Missæ sacrificium in Altari maiori nostrarum Ecclesiarum , vel in aliis Altaribus offerri , & suffragia eo in loco exhiberi , ubi maior est Christiani populi frequentia atque concursus.

Volumus autem , ut in Ecclesiis , dum sacræ orationes à presbyteris recitantur , aut pro animarum suffragiis publicæ preces funduntur , instantiæ , vel protestationes coram Notario & testibus , maximè adversus Ecclesiasticas personas , nullatenus fiant : ne iurgiis forensibus sacra officia perturbentur.

Nun-

Nuncii quoque nostræ Curiaë, sacerdotes, aut alios quoscumque sacris ordinibus initiatos, in Ecclesia non citent, nec quamdiu in ea exstiterint ad iudicium vocent; nec ibi eos capiant; aut ab ea, dum sacræ functiones peraguntur, extrahant: cum id Ecclesiastica immunitate indignissimum videatur.

Pro Eleemosyna Missæ tres solidi conferantur; & quo pacto Missæ distribui debeant

Cap. X.

EX charitate annonæ, quæ singulis diebus ingravescere solet, eò inopiæ, & rerum egestatis deventum est, ut nullus iam sacerdotum ea, quæ ad tenuem victum, & simplicem vestitum necessaria sunt, absque maximo suæ vitæ incommodo, & sumptu, comparare possit. Quæ rerum indigentia si illorum tempore accidisset, qui pro celebrandis Missis tam tenues Eleemosynas de-

decreverunt, & assignarunt, augendas quidem illas esse existimassent, ne Christi sacerdotes mendicare, & in victu & vestitu quærendo, plus operæ quàm deceat, ponere cogerentur. His igitur incommodis Metropolitanæ, & aliarum Ecclesiarum, in quibus huic rei maturè consultum est, exempla imitati, pro nostra pastoralis cura occurrere, & opportunè mederi cupientes, hoc præsentis decreto, pro qualibet Missa privata, trium solidorum, pro Missa verò votiva solemnè, vel nuptiali, vel quæ in defunctorum sepulturis decantari solet, peragenda, quatuor solidorum Eleemosynam assignamus.

Nullus verò sacerdos, quocumque dignitatis nomine censeatur, sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, audeat, iuxta Provinc. Conc. Valent. sess. 3. cap. 7. plures (a) Eleemosynas pro recitanda una Missa percipere, nec aliis sine nostra licentia conferre: sed si quæ sibi votivæ Missæ commissæ fuerint, statim sub eadem pœna, eas in libro huic rei destinato describere, &

Ra-

Rationali , vel Capsoverio denunciare teneatur.

Rationalis , vel Capsoverius Missas eo ordine , & distinctione describat , atque distribuatur , ut uniuscuiusque Presbyteri singulis hebdomadibus Missas votivas computet , cogitetque singulis annis rationem Visitoribus nostris se esse redditurum. (b)

Nullus verò Parochus , Rationalis , vel Capsoverius , aut alius quispiam , cuiuscumque dignitatis extiterit , possit Eleemosynas Missarum , quæ supersunt , aliis sacerdotibus tribuere , sine nostra in scriptis expressa licentia. Si secus fecerit , in duplum tot Eleemosynas Missarum restituet , quot ipse propria auctoritate contulerit.

Nullus alterius nomine Missas audeat subscribere , nec alterius manum imitari & effingere , nec omnes simul Missas eadem serie , die , & nota conscribere , ut fraus tollatur ; sed unusquisque singulas quas recitaverit singulis diebus denotet Missas : alioquin Eleemosyna earum Missarum , quæ ab ip-

so aliter peractæ sunt , careat & si fraudem fecerit , pro ratione delicti graviter plectatur.

(a) *Navarrus cap. 25. num. 92.* (b) *In-
fra cap. 11.*

*De reductione Missarum , &
de aliis piis Ecclesiæ obse-
quiis. Cap. XI.*

ET quoniam experimento constat , in hac nostra Episcopali ditione, quam plurimas Missas superesse celebrandas quæ ob sacerdotum paucitatem , atque penuriam , nec hactenus peractæ sunt, neque nunc peragi possunt : propterea, ne piæ testatorum animæ tot suffragiis destituantur , & conscientiæ illorum , ad quos munus istud spectat , onerentur; Missas omnes , quæ celebrandæ supersunt , hoc præsentis decreto è S. Conc. Trid. auctoritate sess. 25. cap. 4. reduci-
mus in Anniversaria perpetua, aut distri-
butiones quotidianas , quæ Choro ad

D

ho-

horas Canonicas recitandas interesentibus distribuantur, aut in alia pia opera nostra voluntate, & arbitrio exponenda, quemadmodum pro qualitate, & necessitate cuiuscumque Ecclesie, magis expedire iudicaverimus. Interim eos omnes, qui eiusmodi commoda, & emolumenta percepturi sunt, obsecratos in Domino & admonitos volumus, ut intelligant (a) sese devinctos esse ad orandum, & commemorationes pro illis recitandum, qui pia legata pro suarum animarum salute reliquerunt, eaque onera subire debere, quae à Nobis in visitatione imposita fuerint. Nam Eleemosynas omnes collectas, & coacervatas pro Missarum celebratione, quae peragenda supersunt, pro Ecclesiae dignitate designabimus.

Curati, sive Rationales, vel Capsoverii Visitoribus nostris exponere teneantur singulis annis, iuxta Provinc. Conc. Valent. sess. 4. cap. 13. decretum, quantus Missarum nondum celebratarum numerus in suis Parochiis supersit: qui non paruerint, trium ducatorum mulctae fiant subiecti.

One-

Onera verò Beneficiis, & Capellaniis hactenus imposita, cum plura sint quam à sacri Altaris ministris suscipi ac sustineri possint, hoc præsentì decreto pro reddituum quantitate imminui, & aliqua ex parte amoveri volumus, (b) uti hactenus pro reddituum compensatione imminuimus, & amovimus.

Anniversaria omnia, quæ hactenus instituta sunt, cum pro eis celebrandis tenuissima decem solidorum portio in omnes Ecclesiasticos distribuenda, conferatur, ad viginti solidorum rationem reducimus in eis Ecclesiis, ubi est maxima officiorum frequentia. Volumusque ne post hac Anniversaria in nostris Ecclesiis, in quibus est eadem frequentia, instituantur, nisi pro quolibet eorum ad minus iidem viginti solidorum redditus assignentur.

Nulla præterea Beneficia seu Capellanix de novo in nostris Ecclesiis instituantur, seu erigantur, nisi illorum dos ita sit competens, ut duæ partes in distributiones quotidianas Beneficiatis, seu Capellaneis, divinis officiis interessenti-

bus, cedere, & ob illorum absentiam inter præsentes distribui possint. Hoc enim consilio & Dei cultus efflorescet, & Beneficiati, seu Capellanei Ecclesias suas frequentiori residentia exornabunt.

Beneficiati, aut quivis alii administratores rerum Ecclesiasticarum, nullos possint onerare, vel exonerare Beneficiorum, aut administrationum census, nisi nostro, vel nostri Vicarii Generalis consilio, consensu, & decreto interveniente, & approbante auctoritate.

Pecuniæ censuum, qui exonerari, & redimi solent, penes Beneficiatum, aut Patronum, vel administratorem non existant, iuxta constitutionem primæ Synodi Oriolanæ cap. 60. sed in Archivio, aut Ærario Ecclesiæ, si extiterit, recondantur, aut honestissimo viro, cui tutò credi possint, committantur, quem Nos, vel Visitatores nostri, in singulis oppidis designabimus. Qui secus fecerint decem ducatorum pœna puniantur.

Beneficiati, si Eleemosynas lucrari voluerint, non alibi, sed in propriis Ecclesiis Missas celebrent, quæ ipsis ex
pro-

proprio suorum Beneficiorum onere incumbunt.

Rationales, & Capsoverii describant quas singuli Presbyteri ex officio, seu munere, vel ex suorum Beneficiorum institutione Missas recitare debent, ne illis plures votivas supra hunc numerum conferant.

Visitatores diligenter id animadvertant, & si quid negligentiae, aut fraudis commissum fuerit, severè puniant.

Beneficiati omnes & Capellanei antequam ad distributiones suæ Ecclesiae, & emolumenta percipienda admittantur, debent suorum Beneficiorum Ecclesiasticorum, & Capellaniarum institutiones, collationes, possessiones, annuosque redditus à Maioribus acceptos, in libro ad id compacto describere, vel describi curare. Qui liber in Archivio, seu Tabulario, quod in omnibus Ecclesiis nostræ Diœcesis exstrui volumus, atque præcipimus, repositus custodiatur.

Teneantur quoquè statim, & decimoquinto quoquo anno, censuum, reddituum, laudimiae, & aliorum suis Bene-
fi-

ficiis persolvendorum rationem conscriptam recognoscere, vel (ut vulgo dicitur) capbrevare : si secus fecerint, tot Beneficiorum redditus, & pecuniæ à Rationali, vel Capsoverio retineantur, quot ad rationes, seu capibrevia conficienda necessarij erunt.

Clerici infirmi, qui lecto decumbunt, vel ægritudinis causa, domo egredi non possunt, si per turnum funus comitari ad ipsos pertineat, (c) sui loco poterunt alios Clericos designare, ut destinatam sibi portionem lucrentur.

Curent Parochi sub decem ducatorum poena, intra sex menses Anniversaria omnia, & Missas perpetuas omnes in album, mensium ordine servato, referre, & in eo causas breviter notare, ut inde ratione diligenti summa & ordo Missarum subducatur.

(a) *Navarrus cap. 25. n. 138. Henriquez lib. 9. cap. 22. n. 6.* (b) *Provinc. Valent. sess. 3. cap. 7.* (c) *S. Gregorius lib. 2. regesti epist. 5. & De Clericis non residentibus.*

Ne

Ne una die plures Missæ Defunctorum decantentur.

Cap. XII.

Non decet singulis diebus plures Missas defunctorum decantari in nostris Ecclesiis, cum sæpe brevitatem temporis accidat, ut tumultuariis vocibus, & incomposito ac indistincto cantu, omnia perturbentur. Quamobrem iubemus sub poena duorum ducatorum, ut de cætero solum unica Missa defunctorum singulis diebus post primam decantetur, nisi fortasse alicuius præsentis funeris tumultatio, vel depositio acciderit.

In illis Ecclesiis, ubi piorum votis plures defunctorum Missæ decantandæ, vel plures duplæ, ut vocant, relictæ sunt, tot illarum loco privatæ Missæ pro animarum suffragiis, vel pro testatoris pia devotione recitentur, quot necessariæ erunt ut piorum hominum voluntati satisfiat.

Emolumenta, quæ pro decantatione

ne

ne eiusmodi debebantur , cultui Missæ conventualis , quæ in omnibus Ecclesiis nostræ Diœcesis post hac singulis diebus solemniter haberi debet , adiungimus, & applicamus.

Diebus Dominicis & festivis , sub eadem pœna , nullæ Missæ defunctorum anniversariæ decantentur , ut cap. 31. prioris Synodi Oriolanae decretum est.

De Vigiliis B. Mariæ Virginis.

Cap. XIII.

EA debet esse Christianorum erga Virginem sanctissimam pietas , ut non modo verbis , sed religionis etiam, & pietatis operibus , illam nostræ salutis tutricem , ac parentem colamus. Quare ut magis ac magis in eius devotionem propensi simus , more piarum gentium, quæ Virgini addictæ sunt , in omnibus illius pervigiliis festivitatum Purificationis , Visitationis , Dedicacionis , ad Nives , Nativitatis , Præsentationis , Conceptionis , Expectationis partus Sanctæ
Ma-

Mariæ Virginis, à carnibus abstinentiam indicimus : cum in Incarnationis, & Assumptionis festivitatibus iam sit ab Ecclesia Rom. matre omnium Ecclesiarum dispositum, ut hoc pio devotionis affectu, ad eius misericordiam obtinendam paratiores simus.

Hortamur igitur Consules civitatum, oppidorum locorumque nostræ Diœcesis Iuratos, & in Domino commonemus, ut pia hac devotione excitati, his nominatis diebus, macella aperta esse, ibique carnes distribui, ac minimè vendi permitant.

Parochis verò præcipimus, ut populos ad devotionem inducant, eisque denuncient, quando in honorem Virginis à carnibus abstinere debeant.

Ut verò populus faciliùs totius anni vigiliis dignoscere, & studiosiùs servare, atque se ad devotionem & pietatem præparare, nullusque ignorantiam prætendere possit, iubemus ut post pulsatam orationem animarum, in singulis Ecclesiis nostri Episcopatus campana agitetur, cuius peculiaris sonitus sub-

se-

sequentis vigiliæ index & nuncius esse possit.

Iubemus etiam, ut in omnibus nostris Ecclesiis, sicut albescente die, & cum advesperascit fieri solet, ita meridie, trino campanæ sonitu, signum orationis fidei populo detur.

Et quoniam Quadragesimali tempore, cum ex concessione Bullæ sanctæ Cruciatæ, animæ defunctorum à purgatorio fidelium orationibus, & Summorum Pontificum indulgentiis liberantur; plerumque accidit, ut propter populi ignorationem tot piis suffragiis animæ iuvvari non possint: (a) proinde in omnibus nostris Ecclesiis tabellas ad valvas appendi iubemus, in quibus scriptum sit, eo die animam in purgatorio detentam piis orationibus, & suffragiis iuvvari. Præcipimus quoquè, ut eodem die signum campanæ detur, quo populus admoneri, & ad orationes pro animabus purgatorii fundendas excitari possit.

(a) *Decret. Mediolanen. de pœnitentiis. lib. 5. tit. 6. cap. 23.*

Ne Imagines Sanctorum profano cultu ornentur.

Cap. XIV.

Dolendum est in Ecclesiis, dum processiones habentur, Sanctorum Imagines, & maximè Beatissimæ Virginis, ita procaci venustate, & sæculari splendore ornari, eoque cultu, & mundo muliebri, sericis vestibus, profanarum foeminarum more, componi; ut spectatorum animos non ad pietatem, sed ad lasciviam, & luxuriam inducant. Quapropter ex auctoritate S. Concil. Trident. sess. 24. de invocatione & veneratione Sanctorum iubemus, ne post-hac huiusmodi Imagines, more aliarum foeminarum, turbinato capillo, aut vestibus, à profanis mulieribus commodato acceptis, aut seculari habitu comptæ, & calamistratæ induantur.

Eas verò quæ tam in Ecclesiis sive regularibus, sive secularibus, quàm in privatis domibus, profano habitu indu-
tæ,

tæ, repertæ fuerint, omnino amoveri volumus.

Imagunculæ quoque parvæ, fictili opere confectæ, & fucò consignatæ, si vanitatem, & profanitatem præbeant, ad Altare ne admoveantur in posterum.

Gestorum item Christi, & integerimæ Virginis, & Sanctorum repræsentationes, imagunculis fictilibus, mobili quadam agitatione compositis, quas Tytires, vulgari sermone appellamus, eisdem in Ecclesiis, aut alibi ne fiant, cum irrisionem potius & contemptum, quàm devotionem excitent.

(a) *Concil. Prov. Valen. sess. 5. cap. 9.*

De Concionibus, quæ singulis diebus festivis, & Dominicis haberi debent. Cap. XV.

CUM diebus Dominicis & festivis solemnibus, plebes pascendæ sint verbo Dei, ut earum mentes ad pietatem inducantur; volumus iuxta constitutiones

nes S. Conc. Trid. sess. 5. cap. 2. & sess. 24. cap. 4. ut in nostris Cathedrali, & Collegiata Ecclesiis, & in aliis Parochialibus sacræ conciones habeantur, ut discat populus frequenti exhortatione, imitari virtutes, & detestari peccata. (a) Quod ut facilius fiat, deprecamur in Domino omnes mendicantium religionum Provinciales, ut ad hanc Oriolan. civitatem, quæ nobilium virorum splendore, & plebis multitudine insignis est, & ad oppidum civitatis de Alacant, quod omnes religiosos piè & libenter amplectitur, reliquaque oppida huius Diœcesis populi frequentia celebria, in quibus pro salute fidelium exstructa, & exædificata sunt monasteria, concionatores in primis exercitatos, & virtutibus decoros transmittant; ut pro temporalibus commodis, quæ ex his urbibus & oppidis huius Diœcesis colligunt, spiritalia vicissim semina rependant. Parochiani quoquè qui spiritalia commoda percepturi sunt studeant, diligenter, vel ex fabrica, vel ex collectis viritim Eleemosinis, solatia conciona-

natoribus verbi Dei præbere ; ut ii faciliùs ad opera spiritalia inducantur.

Cum in Quadragesimali tempore aliquando contingat , ut conciones ante quinquagesimi psalmi pœnitentiæ decantationem , qui incipit : *Miserere mei* , ad populum fidelem , instante iam vespere habeantur , & occasio inde ac materies præbeatur , ut ex hominum & mulierum concursu & frequentia , gravissimæ noctu Dei offensiones fiant , propterea hortamur in Domino , ne in nostræ Diœcesis Ecclesiis tam regularium quam secularium , urgente iam vespere conciones verbi Dei ad populum fiant , sed ab hora tertia pomeridiana usque ad quartam habeantur.

(a) *Ivo Carnot in decret. 2. p. cap. 119.*

Ad-

*Adversus eos, qui dies Dominicos
ac festos colendos, non observa-
verint. Cap. XVI.*

Dies Dominicos, dies sanctificatos,
& sanctorum festa solemnia, (a)
quæ in hac Diœcesi observari solent,
quicumque minimè coluerit, sed in eis
opera servilia exercuerit, vel officinas
apertas habuerit, ut tonsores si eisdem
diebus barbas, lucri causa, comant,
furnarii si artem furnariam faciant, alii
si onera imponant, vel exonerent, vel
quodcumque opus manuarium exerçant,
pœnis, ut moris est, ad fabricam Ec-
clesiæ, & ornamenta perficienda mul-
tentur. Quod si contumaces fuerint,
aliis gravioribus pœnis arbitrio nostro
reservatis, acerbius à nobis, vel à nos-
tris Vicariis Generali, & Foraneis pu-
nientur.

Agricolis verò vel seminandi, vel
metendi, & furnariis concoquendi li-
centia, nisi temporum necessitas & an-
no-

nonæ inopia , accedente Iuratorum testificatione , coëgerint , à Nobis & à nostro Vicario generali , minimè concedatur.

(a) *De consecration. dist. 3. cap. ieiunium. Provinc. Valentin. sess. 5. cap. 3.*

*De Missa B. Rochi tempore pestis
singulis feriis tertiis celebranda. Cap. XVII.*

PIam populi propensionem , devotionemque in Domino commendantes maximè hoc tempore , quo peccatis nostris exigentibus , pestis in hoc Regno Valentino grassatur , & latè contagione metuenda serpit , in B. Rochum Confessorem in dies augeri , & accendi magis ac magis cupientes (cuius veneranda imago coloribus expressa , in oppido de Callosa nostræ Diœcesis , pluries sudore madida visa est , eiusque lampas oleo ebullire conspecta , cuius unctio-
ne plurimos fidelium à variis ægritu-
di-

dinibus liberatos esse asseritur) volumus ut durante hac calamitate , quæ nobis imminet , in tertia feria cuiuslibet hebdomadæ , de illo in omnibus nostris Ecclesiis , Missa privata vel publica de uno Confessore non Pontifice recitetur : & Eleemosynæ quæ intuitu illius imaginis , fidelium largitione donantur , in illius extruendum & amplificandum Eremitorium cedant.

Hortamur itaque in Domino omnes nostræ Dioecesis fideles , ut summa animi pietate illius memoriam colant , qui peculiaribus miraculis , & signis nos consolari , & totam nostram Dioecesim illustrare voluit.

*De Missa matutinali instituen-
da. Cap. XVIII.*

Dluturna experientia comprobatum est , quam plurimos viatorum , necnon eorum , qui annonas advictum necessarias in vicis , foro , privatisque domibus vendunt , diebus Dominicis fe-

E stis-

stisque neglectis, ut iter suum aggrediantur, & annonas suas vendant, Missam nequaquam audire. Quem ab usum ex hominum animis evellere cupientes, statuimus atque sancimus, iuxta decretum primæ Synodi Oriolan. cap. 31. ut in omnibus nostræ Diœcesis Ecclesiis, Cathedrali, Collegiata, & Parochialibus, in quibus Sacerdotum fuerit copia, Missa matutinalis instituatur, quæ albescente die celebrari debeat, ad quam audiendam viatores, & qui annonam vendunt, sonitu campanæ convocentur. Cui nisi interfuerint prædicti, pœnis nostro arbitrio reservatis mulctentur, vel probare teneantur se eo die rem sacram audivisse. Si quis tribus Dominicis aut festivis diebus Missæ non interfuerit, iuxta decretum 81. Synodi sextæ, à fidelium communionem seiungatur.

Pauperes quoquæ qui ostiatim pecunias colligunt, ad Missas audiendas compellantur, tum & ad confitendum, & sacram Eucharistiam sumendam statuto ab Ecclesia tempore cogantur, ne paupertatis occasione & prætextu, pietatem deserant.

Pan-

Pannosi etiam homines, sordidi, & abiectissimæ conditionis, qui in plateis & foro iacentes, sese, mercedis gratia, ad onera ferenda conducunt, à Parochis compellendi sunt, ut diebus Dominicis festisque colendis Missæ intersint, & præscripto ab Ecclesia tempore, confiteantur, & Eucharistiam sumant: ne cum videant se ab hominibus negligi, & pedibus trahi, nullamque ipsorum curam & rationem haberi, ad gravissima scelera audaciores fiant.

Presbytero Missam matutinalem celebranti, sex amplius pecuniolæ ex patinis Eleemosinariis conferantur.

Singulis quoque diebus ultima Missa, pulsata iam hora undecima, recitetur, quæ serie quadam, & quasi perturnum à presbyteris cuiuscumque Ecclesiæ celebrari debet, quibus eadem Eleemosyna tribuatur, quæ pro Missa matutinali confertur.

In his Ecclesiis totius nostri Episcopatus, in quibus sacerdotum numerus exiguus est, si tres tamen ad minus existant, iubemus, ut vespertinæ ho-

ræ in sabbato , vel vigilia alicuius festivitatis colendæ , decantentur in choro , & subsequenti die Dominico , vel festivo tertia , & Missa conventualis celebretur , & horis pomeridianis vespere consuetæ hora cantentur : alioquin primo futuro emolumento privatos esse denunciamus.

De pœnis adversus Presbyteros, tam seculares quam regulares, si fœminas in Confessione provocaverint : & de eius delicti remediis. Cap. XIX.

IMpium planè , & inhumanum scelus est , quod prorsus natura abhorret & animus audire reformidat , parentum cum filiabus concubitus , atque permistio , quam bruta animalia detestari , & bestię immanes omni ratione destitutæ , aversari solent. Scelestissimum quoquè flagitium est , nec à prioris sceleris atrocitate dissimile , presbyteros , qui pa-
ren-

rentum loco à Domino constituti sunt, cum mulieribus, quæ illis fuerunt confessæ peccata, turpiter commisceri. In quod nefarium & inhumanum factum gravissimis pœnis animadvertit Symmachus Papa sanctissimus his verbis : (a) *Omnes quos in pœnitentia suscipimus, ita nostri sunt spirituales filii, ut & ipsi quos, vel nobis suscipientibus, vel trinæ mersionis vocabulo mergentibus unda sacri Baptismatis regeneravit. Sylvester quoquè docens, admonet unumquemque sacerdotem, ut nullus causa fornicationis ad suam pœnitentialem accedat. Quia scriptum est; omnes quos in pœnitentia accipimus, ita filii nostri sunt, ut in Baptismate suscepti. Quapropter hoc scelus si quis perpetraverit, non solum dignitatis honorem amittat, verumetiam usque ad exitum vitæ suæ iugi pœnitentiæ se subdat.* (b) Item S. Celestinus Papa primus : *Siquis sacerdos cum filia spirituali fornicatus fuerit, sciat se grave adulterium commisisse : idcirco fœmina si laica est, omnia derelinquat, & res suas pauperibus tradat, & conversa in Monasterio*

rio Deo usque ad mortem serviat. Idem S. Celestinus hæc statuit : Non debet presbyter commisceri cum mulieribus , quæ ei sua fuerint confessæ peccata. Si fortè (quod absit) hoc contigerit , sic pœniteat , quomodo de filia spirituali , duodecim scilicet annis , & deponatur , si tamen in conscientiam populi devenerit.

Calistus quoquè II. Pont. Max. in sermone quodam de B. Iacobo (c) in huiuscemodi Sacerdotes sacrilegos invectus , à Prælatiis exterminandos existimavit his verbis : Presbyter libidinosus , qui mulierem pœnitentiæ causa ad se venientem , provocat ad peccandum secum libidinosi suggestibus suis , vel dictis derisoriiis , damnari debet. Nam mulier illa similis est illi , qui cum aquam ad puteum requirit , labitur in eo , & moritur ; similis est illi , qui in deserto tramitem rectum requirens , & ursum in absconditis se devorantem invenit. Sacerdos ille similis est illi , qui in messe retia ad capiendum avem extendit , & dum canit dulce , venit avis mitissima , & cadens in rete decipitur. Hic est puteus labentem in

se

se bibens , ursus devorans agnum , leo transglutiens ovem , latro viatorem perimens , cæcus cæcum ducens. Idcirco Episcopis cautè considerandum est , ut talibus presbyteris potestatem dandi pœnitentiam non tribuant.

Tot igitur Sanctissimorum Pontificum dictis admoniti , ut eos , qui huius delicti illecebris labefactati & corrupti sunt , corrigere possimus , hoc præsentis decreto ab huiusmodi sacerdotibus , sive secularibus , sive regularibus , tamquam à sacrilegis & sacramentorum violatoribus , quàm primùm dictis , verbis , vel impudico contactu , tam paullo ante , quàm paullo post confessionem (vel quod turpissimum est) in ipsomet actu confessionis , foeminas provocaverint , vel ad libidinem illexerint , vel cum suis filiabus spiritalibus quovis tempore rem habuerint , statim ipso facto facultatem , qua abutuntur adimimus , ne in posterum foeminarum , quas provocaverint , vel cognoverint , confessiones excipiant : & illos licentia administrandi talibus mulieribus sacramentum pœnitentiæ , eo ipso

ipso perpetuò privatos esse denuncia-
mus.

Seculares Sacerdotes (d) qui paullo
ante, vel paullo post confessionem, vel
in ipsomet actu quidquam vel inhone-
stè, vel turpiter egerint, vel verbis, ta-
ctuque foeminae pudicitiam attentaverint;
aut ad lasciva & inhonesta patrandam sua-
serint, eisdem poenis subiicimus. Quod
si ad actum turpitudinis deventum fue-
rit, beneficiis, & officiis eo ipso su-
spensos, durante nostro beneplacito,
volumus & declaramus. Ne tamquam
filii Heli, (e) dormientes cum foeminis,
quæ observabant ad ostium tabernaculi,
nescientes Dominum, neque officium
Sacerdotum, populum sibi creditum ad
maiora patrandam crimina traducant, &
gravissimis excitiis obvolvant.

Foeminae pestilentissimæ si in confes-
sione, vel paullo ante, vel paullo post
presbyteros luxuriæ blandimentis illexe-
rint, vel impudico & inverecundo ore,
& impuris verbis ac factis, ad libidi-
nem induxerint, excommunicationis la-
tæ sententiæ illico involuntate sint, à
qua,

qua, nisi à Nobis, gravissimis priùs pœnis impositis, absolvi non possint.

Mulieres (f) nisi actu sua peccata confiteantur, pœnitentium more compositæ, & genuflexæ, clericos vel seculares, vel regulares ne adloquantur: cum alio corporis habitu sacra, alio profana peragi debeant.

Ut verò in re tam gravi presbyteri seculares, & regulares cautiores fiant, volumus, ne in privatis domibus confessiones virorum, aut foeminarum, cuiuscumque ordinis & conditionis fuerint, audiant; nisi ægritudinis causa, medicorum iussu, à viris gravibus fuerint vocati: ita tamen, ut cum mulierum confessiones prædicti sacerdotes excipiant, ostium patens & apertum sit, ut ab his, qui in vicinis locis existunt, conspici possint.

Extra eam necessitatem nullus confessiones mulierum audiat, nec etiam si vel leviter illæ reconciliari voluerint, præterquam in templo, & sedilibus ad id destinatis: (g) sed ne tunc quidem eo in loco, nisi multò post ortum Solis,

lis , & longè ante eius occasum. Constituantur autem non in Capellis obscuris, aut remotis , sed in loco tam patenti, aperto , ac perlucido , ut omni ex parte conspici possint.

Sacerdotes (h) diutiùs , & morosiùs in confessionibus ne persistent , nec dulces , blandos , ioculares , lepidos, molles , aut ridiculos cum foeminis sermones misceant ; cum brevis , gravis, ac rigidus , teste B. Augustino , sermo cum eis haberi debeat.

Sacerdotes , ut maiori pietate hoc munus peragant , & ad maiorem poenitentes devotionem inducant , priusquam ad suos pedes procumbentes eos admittant , si seculares sint , (i) superpelli-
ceo , & orario , seu stola ; si regulares, stola tantùm , sine qua non decet sacras functiones obire , decenter ornentur. Quod etiam tunc fieri volumus , cum ægrotantium excipient confessiones , licet id faciant apud eorum domos. His verò , qui huic nostræ monitioni non paruerint , opportunis remediis consullemus.

Re-

Regulares, si confessiones secularium audire voluerint, à suis Provincialibus recentem licentiam una cum litteris testimonialibus de moribus, & vita, deferant: (k) qui si per annum à nostra abfuerint Diœcesi, novam quoquè habere licentiam, & novum examen subire debebunt.

Caveant sacerdotes, ne mulieres, quæ communicaturæ sunt, intra sacramentum, aut gradus superiores altaris admittant: (l) sed in ultimo gradu Cappellæ Maioris Eucharistiam, si honestò & humili vultu, & operto capite, non comptæ, aut fucatæ fuerint, tribuant.

(a) *Ex tom. 1. Conc. ex Pœnitent. Rom. tit. 8. cap. 3. & 4.* (b) *Ex Canonibus pœnitentialib. cap. 2. 30. q. 1. cap. omnis presbytr. & ibi Turreore.* (c) *Ex operibus M. S. quæ exstant apud me.* (d) *Ex Conc. Veronensi. tit. 9. cap. 3.* (e) *1. Regg. 2. Ivo. in decret. p. 2. cap. 116.* (f) *Ex institutione confessorum Card. Borrom.* (g) *Ex Beato Antonino. Ex Concil. Provin. Valent. sess. 2. cap. 17.* (h) *S. Hieronym. ad Ne-*

Nepotian. (i) S. Thomas opusculo 64. cap. 23. Ex Card. Borrom. Ex Archiepiscopali Bonon. pag. 113. (k) Ex Praxi Episcopali. verb. confessio. n. 2. Decreto Mediolan. lib. 54. tit. 6. de pœnitentiæ. cap. 41. (l) Laodicens. Synodus cap. 44. de consecrat. dist. 2. cap. pervenit.

Confessores nullam pecuniam intuitu confessionis recipiant.

Cap. XX.

CUM divina munera gratis à Deo concessa sint, gratis quoquè distribui debent, maximè sacramentum pœnitentiæ, in quo Domini nostri Iesu-Christi summa liberalitas & immensa largitio misericordiarum conspicitur. (a) Quamobrem iubemus Confessariis omnibus, ut inter confitendum nulla munuscula, quæ animos sæpe ad blanditiem & delicias impellunt, nullasque ad sua comoda pecunias recipiant, aut admittant: ne infirmis animis scandalo sint, & pecuniarum & munerum occasione abso-
lu-

lutionis sacramentum poenitenti contulisse videantur.

(a) *Hieronym. ad Nepotianum. Concilium Provinc. Valent. sess. 2. cap. 18.*

Confessores, nisi consulto, & maturo consilio, absolutionem peccatorum poenitentibus ne impertiant. Cap. XXI.

EA est nonnullorum pravitas, atque perversitas animi, ut cum sacro quadragesimalis ieiunii tempore ad confitendum sua peccata adiguntur, eos confessores exquirant, qui facilius atque liberius absolutionem confitentibus impertiunt: timoratos verò, beneque cordatos, quorum conscientias Christi zelus adurit, fugiant & aversentur. Cui pestifero animorum morbo salutarem medicinam adhibere cupientes, omnes confessores nostræ Diœcesis, tam seculares, quàm regulares, hortamur in Domino, eorum conscientias onerantes,
ut

ut in absolutione pœnitenti concedenda, egregiè cauti sint, & circumscripti, inquirantque diligenter, utrum pœnitentes ad alios confessores priùs accesserint, & ab eis, ob consuetudinem delictorum, ob scelera patrata, & nondum emendata, ob præsentem occasionem peccandi, & ob alias similes causas eiecti, & exclusi fuerint.

Quod si ita constiterit, statim illos ad priorem patrem spiritalem remittant, vel tamdiu absolutionem procrastinentur & differant, quousque pœnitentes resipiscere, & probiorem vitam sequi viderint.

Usurariis, meretricibus, concubinariis, alearum, taxillorum, cartularum pictarum, & his similibus ludorum à iure prohibitorum, consuetudinem publicè habentibus, vel mensam publicam domi suæ permittentibus, aliisque publica peccata patrantibus, absolutionem protrahant, & leviter non concedant: (a) quousque ipsis constiterit, illos sese omnino ab eiusmodi peccatis abdicasse.

Qui verò in quadragesimali, præ-

scri-

scripto scilicet ab Ecclesia tempore, & in Conc. Provinc. Valen. sess. 2. cap. 14. (b) designato, peccata sua confiteri distulerint, à nullo, sive regulari, sive seculari, confessore absolvantur: sed eorum nominibus ad Nos transmissis, Parochi eos coram Nobis, vel nostro Vicario Generali, comparere, & personaliter constitui cogant; ut delinquentium laceratis conscientiis, maturiùs consulamus.

Parochi studeant eorum confessiones priùs audire, qui sese ad agros colendos, aut alia quæcumque opera manuarum conducunt, vel operarii & mercenarii sunt; ne procrastinatione, & dilatione temporis, mercedem & lucrum diariorum laborum deperdant, quibus, se familiamque suam alunt.

Parochi paulo antequam instet quadragesimale ieiunium, (c) rura omnia, extra Civitatem Oriolan. alii sacerdotes pagos, mapalia, & agrestes pastorum casas, quæ suæ Parochiæ, & ditioni subiecta fuerint, visitent diligentissimè, ibique nomina tam agricolarum, quàm pa-

pastorum, qui in pagis degunt, ad confessionem, & sacræ Eucharistiæ sumptionem describant.

Inquirant præterea, an diebus dominicis & festivis, Missis intersint; an fidei Christianæ Doctrinam memoriter teneant; an vigiliis & ieiunia observent; an orationem Dominicam recitent; an pietati Christianæ studeant. (d)

(a) *Ex Decreto Mediolanen. lib. 5. tit. 6. de pœnitentiis, cap. 3. Synod. Provincial. Valent. sess. 3. cap. 20.* (b) *Ex eisdem decretis lib. 5. tit. 6. cap. 1.* (c) *Ivo in decret. p. 2. cap. 121.* (d) *Supra cap. 3.*

*Eucharistiam ad ægrotos noctu
deferri quando liceat.*

Cap. XXII.

Eucharistia, cum omni reverentia, ac religiosi cultus studio, quoad fieri potest, afferenda sit, idque mane fieri debeat præcipimus (a) sub unius ducati poena, ne horis pomeridianis, vel noctu

noctu ægrotis afferatur , nisi mortis periculum , medico per litteras attestante, maximè urgeat ; idque fiat ea reverentia & cultu , quem temporis permiserit necessitas.

Nullus verò Eucharistiam ad ægrotos deferat, ut illam ore contingant, aut osculo adorent , & venerentur : cum sacramentum Eucharistiæ sit cibus, & viaticum, & futuræ æternitatis pignus.

Medici , qui iuxta Innocentii III. constitutionem , quæ incipit : *Cum infirmitas.* & Pii V. decretum, quod incipit: *Super gregem:* quod in manibus Ordinarii iurare debent , cum ægrotum tertio die ulterius visitare non possint , nisi prius peccata sua confiteatur , caveant diligentissimè , ut tempus Eucharistiæ sumendæ aptissimum ægrotis ita præscribant , ne id noctu , vel intempestiva occasione accidat.

(a) *Decret. Mediolanen. lib. 3. tit. 26. cap. 23. & 26. Conc. Provinc. Valentin. sess. 2. cap. 21.*

F

Cum

*Cum Eucharistia deferenda erit,
sex eam clerici comitentur.*

Cap. XXIII.

Cultus, & reverentia in sacrosancta Eucharistia ad ægrotos in lecto iacentes deferenda, maxima esse debet. (a) Unde in his Ecclesiis, in quibus propter clericorum copiam fieri poterit, si quando contingat, ut ad ægrotum sacra Eucharistia deferenda sit, unusquisque tot postulet clericos, quot pro reddituum suorum facultate designare voluerit: dummodo sex, vel ad minus quatuor clerici, qui per turnum designandi sunt, illam comitentur. Quorum singulis pro Eleemosyna intra urbis, vel oppidi suburbia quatuor, extra verò, vel noctu (si quando eveniat) sex, quòd si longius adeundum sit, octo numi conferantur.

Quod si is, ad quem sanctissimum Eucharistiæ sacramentum deferendum est, pauper & egenus fuerit, id clerici, gratis & pro Deo, facere teneantur.

Cle-

Clerici à Rationali, vel Capsoverio singulis hebdomadis designati, si Eucharistiam comittari noluerint, primum emolumentum Ecclesiæ, quod per turnum ipsis obvenerit, lucrari non possint. Quod si stata pœna minus profecerit, ad solutionem quatuor solidorum compellantur.

(a) *Conc. Trid. sess. 13. cap. 6. & c. 7.*

In Ecclesiis nihil inhonestum, aut indecens fieri debet.

Cap. XXIV.

CUM domum Dei deceat sanctitudo, & eius in pace factus sit locus, eius veneratio debet esse pacifica, nempe humilis, & devotus ingressus, quieta conversatio, tranquillus affectus. (a) Quare ut ea, quæ divinum possunt perturbare officium, aut oculos divinæ Maiestatis offendere, ab Ecclesia arceantur, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio,

sio. In Sanctuario Dei, iuxta constitut. Innocentii III. (b) quæ incipit. *Cum decorem*. *Histriones, Mimos, Comædiarum repræsentatores, & actores, aut alios, qui insolitis, ridiculis, & monstrosis formis, ac ludibriorum larvis induuntur, sub pœna duorum ducatorum, prohibemus.* (c) Arcemus quoque cantilenas vulgares, ridiculas, æthiopica, & barbara lingua conscriptas, ab Ecclesiasticis locis, & officiis. Reiiicimus etiam cantus omnes vulgares, qui ad liræ, vel parvæ testudinis sonum profana modulatione adaptari solent: ne animi hominum in lasciviam, & turpitudinem propensi, huiusmodi vocibus, & cantu frangantur. Debent enim cantus, qui in nostris Cathedrali, Collegiata, Parochialibus, aut aliis quibuscumque Ecclesiis admittuntur, modesta psallendi gravitate, honesta, grataque modulatione ita componi, ut auditorum animi ad devotionem, non ad risum, & cacinnos excitentur.

In Ecclesiis deambulationes, sub excommunicationis pœna, ne fiant, aut
ali-

aliqua negotia secularia tractentur, aut vana, profana, & libidinosa colloquia ne habeantur, iuxta S. Conc. Trid. decretum sess. 25. cap. de evitandis in celebratione Missarum, nec testium dicta à iudicibus secularibus excipiantur, aut conventus secularium habeantur, in quibus sæpe voces, ac convicia excitari solent. Curent Rectores diligentissime, iuxta Pii V. decretum, (d) quod incipit: *Cum primum Apostolatus, & Provinc. Synod. Valent. sess. 5. cap. 7.* ut omnia ad decorem Ecclesiarum instituta serventur.

Volumus præterea, ut in omnibus Ecclesiis nostræ Diœcesis viri à foeminis longo intervallo disiungantur, neque proximè coniuncti & permisti, Missis, & aliis officiis divinis intersint: sed ita seiuncti, ac sepositi sint, ut nec illas manu, vel pede possint contingere.

Nullus præterea audeat in templis comedere, (e) aut adspectu, risu, oculis, signis, notis, manuum gesticulatione, aut dictis lascivis amorem mulierum aucupari, aut earum ambire libidinem. Si secus, omni Dei timore post-

po-

posito, fecerint, excommunicationis poenam incurrant.

In Processionibus sub eadem poena iubemus, (f) foeminas à viris ita separatas ac sepositas incedere, ut nec dictis lascivientibus appeti, nec stimulis perurgeri, nec digitorum compressione, aliqua molestia affici possint.

(a) *Ex Conc. Parisien. lib. 2. cap. 12.* (b) *De vita & honestate clericorum.* (c) *Synod. Laodicen. cap. 59. Hieronym. in comment. ad Ephes. 5. 92. dist. cum cantantes. Synodus Moguntina sub Carolo cap. 48. Ioan. 22. extra. Docta. Valent. Provinc. ses. 3. cap. 11. Div. Thom. 2. 2. q. 91. art. 2. ad 4. Synod. Mediolan. habita anno 1565. cap. de musica, & cantoribus.* (d) *In Bullario p. 2. constit. 5.* (e) *1. ad Cor. 10. 44. dist. c. comessationes. ex const. 5. Pii V.* (f) *Synod. African. sub Bonifatio I. cap. 27. & infra cap. 39.*

SESSIO SECUNDA

die quinta Octobris habita, & die sexta eiusdem in Cathedrali Ecclesia publicata.

Clerici, ne in sacristia, & Ecclesia otiosa colloquia, & confabulationes misceant.

Cap. XXV.

DEcet omnino clericos, & Christi sacerdotes, in quos à rebus seculi ut in altiorem sublatos locum, tanquam in limpidissimum speculum cæteri oculos coniciunt, ita in omnibus suis actionibus compositos esse, & circumspectos, ut nihil agere, vel loqui audeant, maximè in locis divino ministerio dactis, quod grave non sit, moderatum, & religione plenum, cunctisque afferens venerationem. Quamobrem adhortamur eos in Domino, ut fugiant in Ecclesia clamores, strepitus, vociferationes, rixas,

xas, conventicula: in sacristia mutua colloquia, otiosas confabulationes, & dicteria reiiciant, quibus sæpe animi acriori sale punguntur: tum quòd locus ille Dei servitio addictus sit, & in eo sacerdotes seipsos ad divinorum celebrationem mysteriorum, ut tantæ religionis cultus, ac reverentia efflagitat, præparare debeant: tum ne secularibus personis, exempli sui pravitate, occasionem præbeant miscendi vana, atque profana colloquia: sed potiùs ea silentii, modestiæ, beneque compositæ vitæ exempla omnium oculis ad imitandum obiciant, quæ domui Dei, & domui orationis conveniant. Si semel à nobis, vel à nostris Vicariis admoniti, secus fecerint, præter distributionum illius horæ amissionem, quæ aliis accrescere debent, trium dierum carcere mancipabuntur.

Laici, sub excommunicationis poena, à choro, & à sacristia arceantur: cum hæc loca sacris ministris destinata sint, nec à secularibus occupari debeant.

Clamores, strepitus, & vociferationes, quæ inter mulieres, & pueros in
Ecle-

Ecclesiis oriri solent, cum panis benedictus fidei populo distribuitur, exterminare cupientes; iubemus ne post hac dum sacra officia peraguntur, intra Ecclesiam panis benedicti distributio fiat, sed in foribus Ecclesiarum, post Missæ conventualis celebrationem, populo dividatur.

Morischi singulis Dominicis diebus & festivis panem benedictum accipiant, & illum statim pietatis causa edant.

Exponant præterea prædicti Rectores eius institutionem, vetustatem, virtutem, miracula, ut ad illum vescendum faciliùs excitentur.

De Eleemosynis ad pauperum verecundorum egestatem sublevandam. Cap. XXVI.

UT pauperum verecundorum, quos ostiatim stipem colligere pudor prohibet, inopiam, & egestatem, fidelium largitione, sublevare possimus, omnes huius Dioecesis Patresfamilias, penes

nes quos rerum & bonorum suorum fuerit administratio, hortamur in Domino, ut singulis diebus sabbati totius anni, ad Urbis Valentiaë exemplar, quæ in hac re pietate cæteris præfulget, saltem ad minus singulas pecuniolas, seu nummulos, vel pro suarum facultatum ratione eleemosynas tribuant, & per familias, ac domos libentissimè pauperibus conferant, neque omittant hoc vel minimo subsidii, & solatii genere pascere viscera Christi. Quod ut commodiùs fiat, in omnibus Ecclesiis Parochialibus nostræ Diœcesis duos viros probos & industrios instituimus, ut huic operi invigilent, qui initio cuiuslibet anni à tota Parochia, eorum probitate perspecta, designentur, & postquam fuerint designati, eos hortamur pro Christo Domino, ut hoc munus obire non recusent, sed ex animo gerant. Describant itaque fideliter in libro accepti & expensi eleemosynas, & singulis diebus sabbati, pie & studiosè per totam Parochiam discurrant, ut ad eleemosynas erogandas, omnes verbo, & exemplo provocare & ex-

excitare ; miseros afflictosque re , pecunia , vestibus consolari ac favere possint : à Deo totius consolationis patre , præmium expectaturi , si fideliter ministraverint , è contra cum Anania & Saphira scelerum supplicia , & pœnas crudeliter daturi , si fraudem aut damnum Christi pauperibus fecerint.

Eiusmodi pecunia ex eleemosynis collecta , Rectore & Parocho adhibito , pro egentium necessitate dividatur. Nostri verò Visitatores huius administrationis rationem exigant. (c)

(a) 1. ad Corinth. 16. Tertull. in Apolog. cap. 39. Ex capitibus Concil. Niceni. Can. 80. (b) Decret. Mediolan. lib. 3. de decimis & oblati. tit. 18. cap. 21. & 22. (c) Concil. Trid. sess. 22. cap. Episcopi.

De Eleemosynarum distributione. Cap. XXVII.

Eleemosynæ omnes , quæ in singulis Ecclesiis nostræ Diœcesis pro anima-

ma-

mabus Purgatorii, pro ornamentis, pro pauperibus, vel S. Sacramenti nomine, vel quocumque pietatis, & Confraternitatis intuitu colliguntur, delato prius iuramento, à Parocho loci, vel ab iis qui huic operi inserviunt, singulis diebus, si fieri potest, vel saltem singulis Dominicis, & festivis, describantur in libro huic rei destinato. Parochi verò consilio, & consensu, in opera pia debent distribui, nec aliter expensi ratio à nostris Visitoribus admittatur.

Si quid post annum reliquum erit pecuniarum, (a) statim administratores intra mensem exolvant: nec administrationis successor, sub excommunicationis pœna, rationes sui antecessoris admittat, nisi actu & re vera ab eo pecunias exegerit; quæ in communi arca, duabus clavibus, bene munita recondantur, quarum altera sit penes Rectorem loci, altera penes illius eleemosynæ curatorem.

Nullus verò inter Missarum solemnias, quamdiu Evangelium dicitur, & corporis Domini nostri sacrificium confi-

ci-

citur, eleemosynas exigat, neque in choro, dum divina officia celebrantur, eas petat, ut omnis tumultus & perturbationis occasio fugiatur.

Illi qui sub titulo alicuius Confraternitatis, aut alicuius pietatis quæstu, ut ostiatim eleemosynas quærissent, Sanctorum Imagines circumgestantes, per plateas & vicos vagantur, & sæpe ad cauponas, & tabernas divertunt, maxima cum Sanctarum Imaginum irreverentia & contemptione, permitti non debent. Quamobrem post hac nulla ratione eiusmodi homines eleemosynas colligant, si Sanctorum Immagines deferre voluerint: permittimus tamen, ut patinas eleemosynarias gestent; non tamen cum Imaginum gestatione, pecuniolas mendicare possint.

(a) *Provinc. Valent. sess. 5. cap. 7. Ex constit. Pii V. quæ incipit: Cum primum. Provinc. Valent. sess. 5. cap. 6.*

Quæ-

*Quæ à Præfectis, vel Administra-
toribus Hospitalis Oriolanæ civi-
tatis præstanda sint. Cap.*

XXVIII.

CUM in Concilio Vienens. in constitu-
tione, quæ incipit: *Quia contingit,*
à sacro Concilio Trid. sess. 7. cap. 15.
approbata, Episcopis præceptum fue-
rit, ut curent Hospitalia quæcumque
etiam à suis administratoribus, quocum-
que illi nomine censeantur, etiam quo-
modolibet exemptis, fideliter ac dili-
genter gubernari: habeantque Episcopi,
iuxta decretum S. Conc. Trid. sess. 22.
cap. 8. tamquam Sedis Apostolicæ dele-
gati, ius visitandi Hospitalia omnia: pro-
inde ut nostrum munus faciliùs exsequa-
mur, consultis Patribus Iuratis huius ur-
bis viris sanè probatissimis, & perspecta
huius urbis voluntate præcipimus, ne cen-
sus, redditus, bona mobilia, seu immobi-
lia ad peregrinorum, pauperum, senum,
infirmorum, & puerorum usum, & ne-
ces-

cessitatem sublevandam instituta, & relicta, à Præfectis, seu Administratoribus Hospitalis huius urbis possint vendi, permutari, in Emphyteosim dari, mutuo accomodari, onerari, exonerari, seu redimi, aut quovis alio modo alienari, absque consensu & approbatione Episcopi, Iustitiæ, Iuratorum, Magistri Rationum, Tribuni sive Syndici, & Advocatorum civitatis Oriolanæ. Qui contra fecerint, excommunicationis pœnam incurrant.

Præfecti & Administratores Hospitalis, antequam administrationem suscipiant, publico instrumento Notarii signo munito, quod inventarium dicitur, omnes Hospitalis cœsus, & annuos redditus, vectigalia, & bona omnia describenda curent; ut elapso annuali munere, subsequenter Præfectis accepti & expensi, cum solutione debiti, si quod fuerit, iustam rationem reddant, præsentibus eiusdem Episcopo, & urbis Oriolanæ Magistratibus.

Nullus prædicti Hospitalis gubernationi bis præfici possit, nisi prius Hospi-

ta-

talis sub titulo S. Bartholomæi infantium exposittorum curam, & administrationem gesserit.

Procurator prædicti Hospitalis singulis annis rationem cum solutione debiti, quodcumque illud fuerit, reddat eisdem Episcopo, & urbis Magistratibus: & siquid pecuniarum reliquum fuerit, electis administratoribus, publico Notarii instrumento interveniente, tradat.

Idem Episcopus, & huius urbis Oriolanæ Magistratus eligere, & designare debent duodecim viros divites, & pecuniosos, pietatis, & iuvandi genus humanum studio & laude insignes, quorum sex nobiles, aut milites sint, reliqui vero sex præcipui ex civitate donatis. Ex quibus tantum singulis annis in festo Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, in loco consueto, convocatis quoque ad hanc rem Vicario Generali, & aliquot de Capitulo nostræ Cathedralis Ecclesiæ, sorte eligatur unus, qui prædicti Hospitalis administrationem eo anno suscipiat.

Singulis quoque annis prædicta electio

ctio & designatio nobilium ac militum, & civium præcipuorum fieri debet; ad quam iam antea nominati & adscripti admitti debent. Quòd si qui, prout est labilis humana natura, è vivis excesserint, totidem addendi sunt, ut semper duodenarius numerus integer maneat.

Qui munus integrum exercuerint, nisi elapso biennio, iterum inscribi non possint. Quæ omnia volumus ut diligenter observentur, cum maximum inde pauperes Christi fructum reportaturi sint Hortamur verò reliquorum locorum & oppidorum nostræ Diœcesis, in quibus Hospitalia extructa sunt, Patres Iuratos, ut eadem ab Administratoribus Hospitalium observari curent, ut bona, egentium necessitatibus sublevandis destinata, & relicta, fideliter, ut par est, ratioque ipsa præscribit, gubernentur, & expendantur.

G

Qui

*Qui ad Sacramentum Extremæ
unctionis vocari debeant.*

Cap. XXIX.

CUM in Extremæ unctionis sacramen-
to Presbyteri Ecclesiæ sint, iuxta
Beati Iacobi Apostoli præceptum (a) ad-
ducendi, ut super infirmos orent, eos-
que oleo consecrato perungant; volu-
mus, ut post hac soli Presbyteri ad hoc
sacramentum advocentur, cum sacerdo-
talis manus, unctio, & oratio, infirmo-
rum corpus alleviet, peccata remittat,
lucem, gaudium, & spiritualem hilari-
tatem ad perferendas ægritudines adfe-
rat, &, si expedierit, ægroto corpora-
lem sanitatem tribuat. Si verò alii ad
hoc sacramenti munus accesserint, suae
temeritatis poenam agnoscent.

Presbyteri cum post unctionem infir-
mi ad Ecclesiam regressuri sunt, ne per
viam colloquia misceant, sed pro infir-
mo orent; alioquin eleemosyna sibi de-
bita pro sacramenti administratione,
priventur.

Ia-

(a) *Iacob. 5. Conc. Trident. sess. 14. de sacrament. Extrem. unctio. cap. 2. & 3. & can. 4. Catechismus Rom. Theophylactus in cap. 6. Marci. Petrus Damian. serm. 1. de Eccles. dedication.*

*De piis defunctorum voluntatibus
exequendis. Cap. XXX.*

Affligit nos sæpe eorum hominum in curia, vel potiùs pietatis neglectus, qui tanquam ingrati & inhumani, pias maiorum eleemosynas, in animarum suffragia relictas, vel fictis rationibus impediunt, vel malis artibus occultant, vel quibus possunt fraudibus, & litibus involvunt, ne officii sui erga parentes rationem persolvant. Ut verò post hac piis testantium votis certius consulamus, Rectoribus, Vicariis, Hebdomadariis, Beneficiatis, penes quos cura animarum existit, & maximè Rationalibus, vel Capsoveriis, quibus hoc munus propriè demandatum est, sub decem

cem ducatorum , & excommunicationis poena præcipimus , ut in singulis etiam Cathedrali , Collegiata , cæterisque Ecclesiis Parochialibus huius nostræ Diocesis , librum ab aliis rebus omnibus distinctum habeant , & illum quidem bene compactum , atque in tuto loco servatum : in quo dies , mensis , & annus , quibus defuncti decesserunt , tum etiam (a) administratorum , & curatorum funeris nomina distinctè adnotentur : tum omnes testamentorum clausulæ describantur , non solùm quæ ad funus ducendum , & curandum institutæ sunt , sed etiam quæ ad eleemosynas , Missas , & pia opera pertinent : quæ perpetuò , vel ad tempus in pauperes , vel Monasteria , loca religiosa , & Confraternitates quacumque ratione , vel iure relinquuntur , vel facienda , agendaque demandantur.

Hoc ut studiosiùs fiat , sub eadem poena præcipimus , ne post hac clerici comitentur cadaver , nisi priùs in forma autentica , expensis defuncti , huiusmodi clausulæ describantur. In qua re (b) curatores testamentorum monemus , ut Pa-

ro-

rochis diligentissimè obsequantur. Notarii si id præstare recusaverint, sciant à Nobis, iniunctis spiritalibus pœnis, esse cogendos.

Elapso mense, defuncti, & curatorum nomina, tum piæ illorum voluntatis significationem, Rectores, Curati, Rationales, vel Capsoverii ad Nos transmittant uná cum die, mense, & anno defunctionis; ne longiùs, quàm par est, piæ defunctorum voluntates distrahantur.

Elapso anno, si testamentorum exequutores pias voluntates defunctorum non expleverint, Rectores & curam gerentes animarum, Rationales, vel Capsoverii (quod sub eadem pœna moneamus) Nos, vel Auditorem & Iudicem nostrum piarum caussarum, quem nunc huius decreti firmitate in hac nostra Diœcesi, iuxta formam Curiaè Metropolitanæ Valentinaè instituimus, & erigimus, certiores reddant, ut in negligentes severiùs animadvertatur.

Idem quoquè piorum legatorum curatoribus, hæredibus, administratoribus,

bus, & aliis quibuscumque piorum legatorum, & ultimarum voluntatum executoribus iniungimus sub excommunicationis poena, ut post hac intra annum à morte defuncti Iudici nostro piarum causarum rationem reddant.

Confessores item omnes hortamur in Domino, (c) eorum conscientias onerantes, ne testamentarios curatores sacramentaliter absolvant, nisi fuerint intra annum pia defunctorum mandata exequuti.

Ut verò dati & expensi ratio habeatur, volumus ut solùm Rationales, seu Capsoverii, vel Collectores, aut, ubi ipsi non fuerint, Rectores, & Vicarii Ecclesiarum, in quibus fideles defuncti sepeliuntur, & nullus alius præter ipsos, Syngrapham conficiant, in qua confiteantur se certum quemdam eleemosynarum numerum ad Missarum celebrationem, vel ad alia pia obsequia recepisse. Si Presbyteri, quovis nomine donentur, onus celebrandi Missas testamentarias privata auctoritate susceperint, aut celebraverint, aut eleemosynas

nas ab hæredibus exegerint , in duplum puniantur.

Idem præstare teneantur Procuratores , qui ad id in Monasteriis , Hospitalibus , & Confraternitatibus constituti sunt , expressè declarantes , quot Regulares funus detulerint , quot Missas celebraverint , quæ eleemosynæ ipsis persolutæ fuerint. Syngraphas à privatis Religiosis privato nomine confectas excludimus , nec ullam ipsis fidem adhiberi volumus.

Si testamentariis curatoribus , & ultimarum voluntarum exequutoribus , vel hæredibus , aliquot eleemosynæ Missarum , aut aliarum rerum piarum in genere , nullo certo numero designato , & præfixo , sed ipsorum arbitrio designando , & præfigendo , à defunctis relinquuntur , ut illorum sponte , & voluntate dispensentur , vel omnes Missæ , unitantum loco pio , omissa Parochiali , relinquuntur , tertiam Missarum partem in Parochia defunctorum celebrari volumus , (d) ne extra Dioecesim , aut Nobis inconsultis , illi eas distribuant , atque dis-

dispensent : alioquin eos ad duplam restitutionem compellemus. Cum sæpe experimento constet, eleemosynas, quas alios capere decet, ab ipsismet curatoribus fraude interceptas fuisse.

Eleemosynæ præterea, quæ à plerisque defunctorum in pauperes verecundos Parochialis Ecclesiæ dividendæ relinquuntur, sine Parochi consilio atque consensu minimè dividantur : cum probe noverit Parochus, quinam in Parochia maiori indigentia, quinam minori egestate premantur.

Parochus in celebrioribus populis testamentarius curator eligi potest, una cum alia seculari persona : at in populis minime frequentibus, ubi clericorum copia non est, nulla ratione id munus suscipiat.

Quod si fortasse (quod ab sit) aliqua impedimenta ab hæredibus, vel ab aliis opponantur, quo minus defunctorum voluntates fiant, & exequutioni mandentur, (e) curent Parochi, Rationales, vel Capsoverii, ut ea intra brevissimum tempus, vel quam citissimè fieri poterit,

rit, ad Nos, vel ad Iudicem nostrum piarum causarum deferant, ac denuncient, ut saluti defunctorum opportunè consulamus.

Monemus etiam, & hortamur in Domino omnes fideles, ut sine fraude & fallaciis hæc omnia observent, à Deo Patre præmia expectaturi, si fideliter defunctorum voluntati, ut ratio, & æquitas postulat, prospexerint.

Hortamur Notarios, ne ad condenda Morischorum testamenta accedant, nisi priùs vocato Rectore, ut eius consilio quæ ad illorum salutem & tranquillitatem conscientia sunt, disponantur. Volumus ut posthac Morischi sex ad minus Missas pro animarum suarum suffragiis, & alia pia opera testamento relinquunt.

(a) *Concilium Trid. sess. 22. cap. Episcopi.* (b) *Decret. Mediolan. lib. 3. tit. 14. cap. 3.* (c) *Decret. Mediolan. lib. 5. de pœnitentiis, tit. 6. cap. 13.* (d) *Cap. nobis. extra de testamentis. Decret. Mediolanen. lib. 3. tit. 14. cap. 6.* (e) *Cap. si heredes. extra de testamentis, ibi Covarr. num. 4.*

Pa-

Parochi intra limites suæ Parochiæ resideant Cap. XXXI.

CENSUIT sacra Concilii Trid. congregatio Parochos in domibus suæ Parochiæ, vel intra eius proximos limites habitare debere, ut faciliùs ægrotantium incommodis subvenire possint. (a) Iubemus igitur sub sex ducatorum poena, ut posthac Rectores, Curati, Hebdomadarii, Beneficiati, penes quos animarum cura existit, ut in domibus Parochialibus, vel in proximioribus & vicinioribus ædibus suæ Ecclesiæ, vel saltem intra limites suæ Parochiæ, iuxta Concilium Provinc. Valent. sess. 1. cap. 6. resideant; ut commodiùs & celeriùs certiores fiant de ægrotis suæ Parochiæ in lecto iacentibus: Quos sæpe in infirmitate invisant, & consolentur; ad confessionem peccatorum, & Eucharistiæ summptionem suadeant, & inducant; ad condenda testamenta consilium præbeant; in mortis periculo & agone adsistant,

ar-

ardentibusque verbis ad spem divinæ misericordiæ hortentur, & ad vitæ æternæ desiderium excitent.

Hebdomadarius, cum sui officii tempus incumbit, à civitate, vel opido ne recedat sub eadem poëna. Si verò urgente necessitate bis campanæ signum fuerit pulsatum, omnes Curati ad Ecclesiam concurrant, ut in re tam gravi omnes invigilent, & sedulam operam impendant. Qui secus fecerint, duorum ducatorum poënam exolvent.

Parochi sexto quoquo mense nobis denuncient, quinam in sua Parochia peccandi consuetudine, & vitæ depravato exemplo reliquis scandalo sint, & ad scelera patranda impellant.

Curent noviter conversi quàm brevissimè ædes Ecclesiis proximas, suis Rectoribus, & Vicariis extruere; ut in eis commodè, & qua decet, honestate vivere possint: alioquin iuxta D. N. Regis Regias litteras implorato brachii secularis auxilio, adversus eos procedemus.

Qui ad Ecclesiam confugiunt, à Parocho admonendi sunt quàm diligentis-

si-

simè, ut in ipsamet Ecclesia minimè edant, potent, cachinentur, ludant, dormiant, & cum mulieribus, aut allis quibuscumque vana & profana colloquia permisceant, nec noctu ad ambulandum, & vagandum per urbem egrediantur; ne Ecclesiæ immunitate abuti, & impunè peccandi licentia, audaciores ad crimina perpetranda fieri videantur.

Quòd si Parochi in hac re tanti momenti negligentes extiterint, aut alios Ecclesiæ immunitate abuti permiserint, præter excommunicationis sententiam, in sex ducatorum pœnam incurrent.

Iudices verò seculares hortamur in Domino, (b) pro pietate & religione, quam profitentur, ut eos, qui sub utraque iurisdictione detineri solent, summa moderatione custodiri iubeant: ne Ecclesia militum, & custodum multitudine obruatur; aut divina officia impediantur; aut profanarum ædium more, domus orationis, quam decet omnis sanctitudo, ludis, clamoribus, iocis, & dieteriis confundatur.

Sy-

(a) *Synodus Meldensis cap. 36. Burchardus, lib. 2. decret. cap. 107.* (b) *Concil. Provinc. Valent. sess. 5. cap. 12 & 13.*

*Ne cadavera occisorum noctu,
clam, & ex occulto sepeliantur.
Cap. XXXII.*

Illorum corpora, quæ scelere, & homicidio extinguuntur, sæpe in tempesta nocte, clam, absque aliqua pompa funebri in eas Ecclesias inferri, & in illarum sepulturis recondi solent, ubi delictum, & cædes facta faciliùs latere, & occisi hominis cadaver magis abdi, & occultari possit. (a) Ut verò hoc sacrilegum & impium factum penitus tollamus, sub excommunicationis pœna, & aliis nostro arbitrio reservatis præcipimus, ne quis audeat occisorum corpora clam & ex occulto, sine religiosa & Christiana pompa, in Ecclesiis, Eremitoriis, Cœmeteriis, aut aliis quibusvis sacris & religiosis domibus tumu-
la-

lari, & sepelire, aut consilium, & auxilium, & favorem ad illa inferenda, & tumultanda quomodolibet præbere.

Quod si huic sceleri Ecclesiastici interfuerint, in eos, quacumque dignitate præfulgeant, præter superiores pœnas, tamquam in homicidii suspectos & reos procedemus.

(a) *Synod. I. Oriolana, cap. 39.*

Ne Clerici, cuiuscumque dignitatis sint, secularia negotia pertractent. Cap. XXXIII.

QUI Deo optimo maximo militantes, divinis ministeriis addicti sunt, & consecrati, memores ordinis ac dignitatis suæ, curare debent quàm diligentissimè, prout hoc nostro decreto sancimus (a) & à Concilio Provinc. Valent. sess. 3. cap. 17. statutum fuit, ut sese à famulatibus laicorum, sacerdotali munere indignis, & à turpibus obsequiis abstineant. Nullas mulieres, etiam
qua-

quavis dignitate illustres & insignes, doceant legere, scribere, canere, aut alio cuiusvis generis instrumento musico, sonare, ac psallere.

Nulli verò coram iudice seculari, advocati, aut procuratoris nomine causas agant, (b) nisi prius ab aliis in publicum iudicium vocati, suam, vel Ecclesiæ suæ, vel parentum & fratrum, si necessitas urgeat, & miserabilium personarum defensionem, ac patrocinium, concessa prius scripto à Nobis facultate, susceperint.

In profanis negotiis (c) Tabellionatus munus ne exercent: in negotiationibus, & mercaturis, quas fugere & detestari debent, ne interpretes, aut intermedios sese interponant, vel accepta pecunia mercaturas aliis assecurent: aliena prædia lucri causa ne conducant, neque per se, aut per interpositas personas mercaturas exercent: quæ à divinis obsequiis solent animum abducere.

Ne foeminarum (d) præcursores & assecclas se præbeant, illisve (e) discumbentibus assistant, vel famulentur.

Con-

Contrarium verò facientes, præter alias pœnas à iure, & à Provincial. Concil. Valent. sess. 3. cap. 17. & 18. sancitas, decem ducatorum mulctam exolvent.

Illi (quod dolenter referimus) qui internuncii, vel perficiendæ libidinis ministri extiterint, vel lenocinium fecerint, sive id verbis, seu scripto, seu quacumque alia ratione, precibus, aut donis, pecuniisque curaverint, præter gravissimas pœnas nostro arbitrio imponendas, (f) statim latæ sententiæ excommunicationem incurrant: cum indecens, ac impium sit, Dei ministeriis mancipatos fieri libidinum & impuritatis artifices.

-
- (a) *Ex Niceni Concilii capitulis, Can. 4.*
 (b) *14. q. 2. quamquam cap. Clerici, extra de postulando.* (c) *Can. Apostolor. 44. Laodicen. c. 4. Licenum, cap. 17. Bracharen. 2. cap. 62. Arelaten. 2. Can. 14. 47. dist. per totam.* (d) *14. q. 4. si quis oblitus 21. q. 3. per totam.* (e) *Eliberrinum cap. 12.*

Ne

Ne Clerici noctu arma gestent.

Cap. XXXIV.

ET cum habitus clericalis togatus esse debeat, pacis nimirum & tranquillitatis index, non decet eos, qui pacis ornamento insigniuntur, (a) iuxta Concilium Provinc. Valent. sess. 3. cap. 4. noctu armatos vagari, vel alio armorum genere, quàm orationibus quotidianis, et lacrymis, quæ arma sunt sacerdotum, muniri; nec profano habitu, coloribus variegato, vestitos incedere. (b)

Quòd si cum armis à Iudicibus secularibus, præter cultellos ad quotidianos usus necessarios, deprehensi fuerint, illis, cuiuscumque generis sint, spoliari queant clerici, quacumque dignitate insigniantur, nisi de nostra in scriptis licentia constiterit. (c)

Hortamur Iudices seculares, sub conscientia reatu, ne dissimulent, aut armorum gestationem permittant.

H

(a)

(a) Conc. Melden. c. 37. de vita & honest. cleric. c. clerici, & ibi gl. & Abbas. 23. q. 8. non pila. Clerici ter admoniti, si arma deferant, amittunt privilegium clericale. c. in audientia de sent. excomm. de vita & honest. clericorum. ubi gl. (c) Covar. lib. 2. variar. cap. 20. Bovadi. lib. 1. cap. 13. num. 87 suæ Politicæ.

Ne Clerici Aleatores sint.

Cap. XXXV.

NULLUS Clericorum, quacumque dignitate insigniantur, ludum & mensam alearum, taxillorum, et cartularum pictarum domi habeat; ne in poenam à Sanctissimis Apostolis constitutam canon. 42. & 43. & in sexta Synodo canon. 50. (a) & à Concil. Provinc. Valent. sess. 3. cap. 20. propositam, incurrat: cum facilè vitia omnia, una cum ludo foveantur, & in Christianam rempublicam disseminentur. Iubemus igitur, ne clerici huius generis ludos
à

à iure prohibitos , vel publicè , vel privatim exerçant , aut præsentì numerata pecunia , aut stato tempore solvenda , neque aliis ludentibus pecunias accommodent.

Fugiant præterea ludorum spectacula , nec ludentibus assistant , nec ut spectatores intersint , nec damni , vel lucri participes evadant , (*b*) sub pœna restitutionis pecuniæ ludo acquisitæ , & sex ducatorum pro prima vice solvendorum ; quam pœnam secunda vice duplam esse volumus : durante verò contumacia gravioribus mulctis & suppliciis in eos procedemus.

(*a*) *Eliberrinum. c. 79. de excessibus Praelator. c. inter dilectos. Clement. de vita & honest. Cleric. c. 1. & extra eod. titul. cap. Clerici. (b) Salzedo in Practica Canonica. cap. 70.*

De habitu Clericorum.

Cap. XXXVI.

ECclesiasticum statum & ordinem maximè decet in corporis cultu, & vestitu summam honestatem præferre, & Christianam elegantiam, neglecto omni luxu, & turpitudine, in omnibus servare. Quapropter ex Sancti Concil. Trid. sess. 14. cap. 6. (a) decreto iubemus, ut omnes sacerdotes, aliique in sacris ordinibus constituti, quocumque nomine, & dignitate donentur, ubique clericali vestitu induti, & capillo abraso, ut tonsura conspicua sit omnibus, & detonsa prope cutem barba, iuxta Alexandri III. constitutionem, quæ incipit: *Clericis*. de vita, & honestate clericorum, incedant: nec tanta temeritate, & religionis contemptu sint, ut propriam dignitatem parvi pendentes, vestes laicales, profanas, variegatas coloribus, noctu, vel ad calcem minime pertingentes, publicè deferant.

Vo-

Volumus itaque sub duorum ducatorum poena, (b) ut omnes nigra clericali veste inferiori induantur; pileum iustæ ac debitæ magnitudinis gestent; galerum ne deferant, nisi eo tempore, quo imbres è cœlo decidunt: neque Ecclesiam tempore pluvix cum galero ingrediantur, sed in ipso templi vestibulo pileum clericalem assumant.

Personati, & larvis induti, (c) si clericali habitu ad publicam irrisionem, atque cachinos vestiantur, in eandem poenam incurrant.

(a) *Conc. Trid. sess. 22. cap. 1. Bracharense 2. cap. 66. 23. dist. c. prohibens.*

(b) *De vita & honestate clericorum. (c) Provinc. Valent. sess. 5. cap. 11.*

De habitu secularium, qui Choro inserviunt. Cap.

XXXVII.

Qui ad celebrationem divinatorum officiorum Choro inserviunt, vestitus

tus honestatem , & habitum loco sacro congruentem , omni luxui secularis habitus longè præferre debent. Unde tibicines , & cantores seculares monemus, ut saltem dum Choro inserviunt , honestis vestibus induantur ; additamenta, & lascinias , quæ summis manicis , & collaribus adiunguntur , sinuosas & suis flexibus , lactucarum instar , complicatas , reiiciant , clericales admittant , simplices nimirum , modicè latas , quæ honestè reclinentur , sicut decet ministros ministrorum Dei. Animi etiam honestatem & morum candorem cunctis præferant.

In Choro , cum personarum debeat esse distinctio , inter Ecclesiasticos ne sedeant iidem seculares , ne Ecclesiasticus cultus profano luxu permisceri , & commaculari videatur.

(a) *Decret. Mediolan. de vita & honest. Cleric. lib. 3. tit. 1. cap. 13.*

De Concubinariis tollendis.

Cap. XXXVIII.

Felicis record. Leo X. constitutione
 14. (a) Prælati iniunxit, ut in suis
 Synodis Diœcesanis decretum de con-
 cubinariis evulgarent, & presbyteros
 huiusmodi delicto, & turpitudine invo-
 lutos ad suarum concubinarum dimis-
 sionem admonerent, filios, filiasque ex
 sacrilego concubitu susceptos è pa-
 rentum domibus eiicerent, ut foedissi-
 mi sacrilegii extingueretur memoria.
 Nos igitur cum ob nullam aliam labem
 vulgi oculos graviùs & acerbiùs offen-
 di, maioremque sæviendi & murmu-
 randi causam adversus Ecclesiasticos
 præberi, quàm ob hoc delictum, vi-
 deamus; consultissimum duximus Leo-
 nis X. decretum in hac nostra venera-
 bili Synodo denunciare, ut ad illius imi-
 tationem & exemplar huiusmodi incon-
 tinentiæ cœno infectos, & involutos
 moneremus.

Sta-

Statuimus, ut quicumque Clericus, cuiuscumque conditionis, status, religionis, dignitatis, etiam si Pontificalis, vel alterius præeminentiæ fuerit, qui post habitam præsentium notitiam, quam habere præsumatur post duos menses, post earumdem publicationem, in Ecclesiis Cathedralibus factam, quam ipsi Diocesani facere omnino teneantur: postquam præsentibus ad eorum notitiam pervenerint, publicus concubinaris à perceptione fructuum omnium Beneficiorum suorum trium mensium spatio sit ipso facto suspensus, quos suus superior in fabricam, vel aliam evidentem Ecclesiarum utilitatem, ex quibus hi fructus percipiuntur, convertat. Necnon huiusmodi publicum concubinarium, ut primum talem esse noverit, mox suus superior monere teneatur, ut intra brevissimum tempus concubinam dimittat, & si illam non dimiserit, vel aliam publicè resumerit, iubemus, ut ipsum omnibus suis Beneficiis privet. Et nihilominus hi publici concubinarij usque quo cum eis per suos superiores, post ipsarum concubina-

rum

rum dimissionem, manifestamque vitæ emendationem, fuerit dispensatum, ad susceptionem quorumcumque honorum, dignitatum, Beneficiorumve sint inhabiles. Qui si post dispensationem residuo vomitu ad huiusmodi publicum concubinatum redierint, sine spe alicuius dispensationis, ad prædicta prorsus inhabiles existant. Quodque si hi, id quos talium correctio pertinet, eos (ut prædictum est) punire neglexerint, eorum superiores tam in ipsos de neglectu, quàm in illos de concubinatu, modis omnibus digna punitione animadvertant. In Conciliis, & Provincialibus, & Synodalibus adversus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos, etiam per suspensionem à collatione Beneficiorum, vel alia condigna pœna, severiter procedatur. Et si ii, quorum destitutio ad Nos, & Sedem prædictam spectat, per Concilia Provincialia, aut suos superiores propter concubinatum publicum reperiantur privatione digni; statim cum processu inquisitionis ad Nos deferantur.

Eadem verò diligentia & inquisitio
in

in quibuscumque generalibus Capitulis, & Provincialibus, quoad eos servetur, pœnis aliis contra prædictos, & alios non publicos concubenarios à iure statutis in suo robore permansuris. Publici autem intelligendi sunt, non solum hi, quorum concubinatus per sententiam, & confessionem in iure factam, sed pro rei evidentiâ, quæ nulla possit tergiversatione cædari, notorius est: sed etiam qui mulierem de incontinentia suspectam, & difamataam tenent, & per suum superiorem admoniti ipsam cum effectu non dimittunt.

Quia verò in quibusdam regionibus nonnulli iurisdictionem Ecclesiasticam habentes, pecuniarios quæstus à concubinariis percipere non erubescunt, patientes eos in tali fœditate sordescere, sub pœna maledictionis æternæ præcipimus, ne deinceps sub pacto, compositione, aut spe alterius quæstus, talia, quovis modo, tolerant, aut dissimulent: alioquin ultra præmissam negligentiae pœnam, duplum eius quod propterea acceperunt, restituere, & ad ipsos usus omnino convertere teneantur, & compellantur.

Ipsas

Ipsas autem concubinas, aut alias suspectas mulieres Prælati omnibus modis curent à suis subditis per auxilium, & brachii sæcularis convocationem, (si opus fuerit) arcere, qui etiam filios ex tali concubinato procreatos, apud patres suos cohabitare non permittant. Iubemus insuper, quòd in prædictis Synodis, & Capitulis præmissa publicentur, & ut quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat, diligenter iniungimus.

Huius igitur constitutionis exemplo, & vocibus excitati, hortamur & monemus in Domino singulos nostræ Diœcesis presbyteros, & alios quoscumque in sacris ordinibus constitutos, quocumque nomine & dignitate donentur, ut intra brevissimum tempus, nempe intra quindecim dierum spatium, concubinas, aut alias suspectas personas domo eiïciant, aut aliarum turpem consuetudinem deserant: alioquin si intra hoc breve tempus secus quàm deceat, fecerint, fructibus trium mensium, vel iuxta S. Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. de-

decretum, tertia parte fructuum, obventionum, ac proventuum Beneficiorum suorum quorumcumque, & pensionum, ipso facto privatos esse denunciamus: crescente verò illorum contumacia, etiam iuxta S. Concil. Trid. sess. 25. cap. 14. in eos procedemus, absque derogatione aliarum poenarum, quæ huic sceleri à iure communi impositæ sunt.

Cum verò eadem sit concubinarum, & filiorum ex his susceptorum ratio, cum dixerit Dominus ad Abraham: (b) *Eiice Ancillam, & filium eius*: propterea iubemus, (c) ne posthac presbyteri, aut sacris ordinibus initiati, quocumque nomine, & dignitate fulgeant, liberos suos ex sacrilego concubitu susceptos, per quos anteactæ vitæ libido, & publicum incontinentiæ crimen ostenditur, domi alant, aut cum eis cohabitent; sed intra mensem à prædictæ nostræ Synodi publicatione, tamquam paternæ incontinentiæ testes, ex suis domibus & convictu excludant, & expellant, neque cum eis habitent: alioquin
ela-

elapso dicto termino , primùm ab Ecclesiæ ingressu , mox elapso mense , à suis Beneficiis , & officiis , nostro beneplacito durante , suspensos denuntiamus. Et insuper si contumaces fuerint, acerbioribus & gravioribus pœnis huiusmodi scandali auctores , prout iustitia postulabit , puniemus. Nullus presbyterorum permittat filium suum sibi in sacrificio Missæ deservire.

Iubemus etiam , (d) ne quis clericorum domi ad suum famulatum recipiat mulieres , nisi quadragenarias , & à iure permissas , etiam prætextu affinitatis , vel consanguinitatis , neque eas, de quibus suspicio haberi possit , tum nec illas, quarum occasione aliæ mulieres suspectæ libidinis clericorum domos frequentare possint. Si secus fecerint , iuxta canonicas sanctiones , à Nobis punientur.

(a) *Ex Bullario & Lateran. Concil. sub Leone X. sess. 11.* (b) *Genes. 21.* (c) *Concil. Tolet. 9. c. 10. 28. dist. prius. 61. dist. c. Catinenses. 81. dist. c. Maximianus,*
&

& c. Clericus 82. dist. proposuisti. 15. q.
 8. cum multi. Ivo. 6. p. cap. 425. (d) Sy-
 nod. Nicen. can. 3. Bracharen. 2. c. 32. &
 Brachar. 3. c. 4. Hispalen. 1. c. 3. Tolet. 4.
 c. 42. Tolet. 8. c. 5. 32. dist. Hospitiolum.
 Hierony. ad Nepot. Arelaten. 2. can. 3. de
 cohabitatio. Clericor. & mulier. Agathen.
 cap. 10.

*Ne feminae, & aliae seculares
 personae in Ecclesiis noctu per-
 gilent, aut integro die, oratio-
 nis occasione, persistent.*

Cap. XXXIX.

IN Concilio Provinciali Valent. sess. 3.
 cap. 11. & sess. 4. cap. 11. (a) cau-
 tum est, ne vigiliae in Ecclesiis, Mona-
 steriis, Oratoriis, aut Eremitariis fiant:
 quae saepe scandala, & nocturnos tu-
 multus excitare solent. Ut verò hoc fa-
 ciliùs exequamur, iubemus, ut statim
 pulsata oratione Angelica, omnes Ec-
 clesiae nostrae Dioecesis, & maximè S.
 Ioan-

Ioannis templum Monialium, quod est in civitate Oriolana, occludantur: nève audeant seculares personæ, sub pœnis nostro arbitrio reservatis, nocturnas vigiliis agere, & in locis supradictis, vel in agris ante fores Eremitiorum pernoctare, & ibi choræis, & cantilenis profanis, ad parvas testudines compositis, noctes pervigiles ducere. (b)

Id quoquè diurno tempore ne fiat, sub excommunicationis pœna præcipimus: cum excubiæ, quæ toto integro die in Ecclesiis à feminis solent, vix scandalo careant, & ab Ecclesiis illi abusus & comessationes arceri debent, quibus Dei templa, (c) quæ ad orationem instituta sunt, feminarum cibus, & comessationibus confunduntur.

Iubemus etiam sub eadem pœna, ne in Ecclesiis Eremitiorum lecti sternantur ad dormiendum, iacendum, cubandum: cum gravissimæ inde Dei offensiones oriantur.

Eos verò seculares, (d) qui ante Ecclesiarum ianuas stantes, feminarum ingressum impediunt, vel prohibent, at-

atque impudicis & amatoriiis dictis laces-
sunt, & ioculari petulantia, & dica-
citate pungunt, & insequuntur, aut in-
iuriis lascivientibus appetunt, excom-
municationi subiicimus.

(a) *Eleberrinum. c. 35. Tolet. 3. c. 23. Bra-
char. 2. c. 80. S. August. ser. 25. ad fratres
in eremo. Durantius. lib. 6. Rational. c. 7.
Bellet. c. 11. (b) Ex Ivone. 3. p. c. 77. ex
Moguntin. Synod. 1. cap. 48. (c) 1. Co-
rinth. 11. 44. dist. commessationes. (d)
Concil. African. sub. Bonifac. I. c. 27.*

*Ne Meretrices iuxta Ecclesias,
aut Scholas publicas, vivant.*

Cap. XL.

Meretrices, quæ corporis sui quæ-
tum faciunt, vel aliae suspectæ
mulieres, quas tamquam stercus in via
ab omnibus conculcari Sapiens clamat,
(a) iuxta Ecclesias tam regularium, quàm
secularium, & Monialium, & iuxta pu-
blicas Scholas, ubi adolescentium ætas
in-

in-

instituitur , domicilium habere prohibemus : ne earum occasione illi , qui virtuti student , ac optimæ disciplinæ , vel Ecclesias frequentant , à disciplina & pietate abducantur. Ne verò religionis prætextu oscitantes , ac parum providæ decipi possint , sub excommunicationis pœna interdiciamus , ne posthac eiusmodi feminæ religiosis habitibus, seu scapulariis ornentur , ne sacræ vestes huiusmodi maculis contaminari videantur.

Ob quam caussam hortamur seculares Magistratus , & in Domino requirimus , ut in hac re diligentem operam impendant , & pro totius reipublicæ utilitate , hæc probra , & publica scandala , è publicis locis arceant ; maximè hoc tempore quo in vicinos nostros Dei iracundiam acerbiores , & severiores sentimus.

(a) *Ex Concil. Provinc. Bononien.*

SESSIO TERTIA

die VI. Octobris habita , & die VII. eiusdem in nostra Cathedrali Ecclesia publicata.

De Ritu canendi in Choro.

Cap. XLI.

CAntus in Choro ille esse debet, quem Romana Ecclesia mater omnium Ecclesiarum, instituit, & distinctis temporibus servat. (a) Cum enim moestitiæ, & doloris est plena, ut in Vigiliis, & Quadragesima, vel aliquod latens mysterium exprimit, ut in nonnullis Primæ, & Completorii precibus, summissa voce, quasi gemebunda lamentatur, & humilitate, & demissione cordis à Virgine Maria in Officio parvo auxilium exposcit. In aliis verò temporibus, & Ecclesiasticis mune-
ri-

ribus , semper alta voce Psalmos , & iuxta librorum Chori præscriptum , Antiphonas , & Collectas canit. Hæc igitur Ecclesiæ Romanæ consuetudo , quæ priùs in nostra Cathedrali vigebat , cum paucis ab hinc annis , Nobis , & Antecessoribus nostris inconsultis , neglecta , & intermissa fuerit , propterea eamdem restituimus , & in pristinum statum revocamus.

Iubemus ergo ne in nostræ Cathedralis, Collegiatæ, aliarumque Ecclesiarum Choro canonicæ horæ , præter illa tempora ab Ecclesia Rom. præscripta, aut Sanctorum commemorationes submissa , & lugubri voce recitentur ; sed alta voce ex Antiphonario , & aliorum librorum præscripto. Si secus fecerint, præter inobedientiæ reatum , illius horæ distributionibus se privatos agnoscant.

(a) *Ioann. Diaconus lib. 2. de B. Gregorio cap. 7. cum seq.*

De Disciplina, & silentio Chori. Cap. XLII.

IN Choro ea disciplina, modestiaque servari debet, quæ loci maiestati, & pietati conveniat: (a) nempe ut Ecclesiastici omnes, quacumque dignitate censeantur, fide viva, & charitate non ficta, pro populo Dei, tamquam veri Iesu Christi ministri, strenua legatione fungantur. Sit igitur in Choro corpus modestia, & moderatione compositum, manus modestæ, ac temperatæ, mens ad orationem intentior, voluntas in Dei studium fervens, memoria ad pietatem erectior, os plenum ac redundans laudibus, cantus distinctus vocibus, non murmure, aut intercepta dictione confusus.

In Choro nihil seculare legendum, scribendum, agendum, narrandum, ridendum, iocandum, cachinandum, rixandum, obloquendum, nihil dormiendum, quod mentem à Dei studio, & oratione subducat.

Stu-

Studeant Ecclesiastici omnes in eo loco , ubi Angelos testes , inspectores , & socios suarum precum habent , ne mens divagetur negotiis , ne animus levibus , & turpibus pascatur , ne tepescat neglectu , aut dessidia languescat : sed ante orationem præparent animam suam , ut ait Salomon , ne sint quasi homo , qui tentat Deum.

Ut verò quæ ad Dei honorem spectant , piè ac sanctè fiant , Constitutiones nostræ Cathedralis Ecclesiæ , ab undecimo capite usque ad vigesimum tertium , ubi de disciplina Chori agitur , libenter amplectimur , & quibus possumus , studio , & voluntate prosequimur Cæterum , ut stabiliori studio , & diligentia observentur , iubemus , ut Chori Præfectus ita in oratione , & attentione pervigilet , ut silentium imperare , tardos admonere , & pecuniariis mulctis , oscitantes excitare possit.

Magister cæremoniarum , quem in omnibus nostris principalioribus Ecclesiis designamus , tamquam censor modestiæ , ac disciplinæ , omnes , etiam qua-

quavis dignitate illustres benignè & humiliter admoneat ex munere, (b) ne incomposito, laxo, pronò, vel in dexteram & sinistram flexo, aut resupino corporis habitu stent, sedeant, genuflectantur, sed decoro, gravi, & modesto. Quicumque huic monitioni non paruerit, aut voce, clamore, torvo vultu, & adspectu sibi iniuriam illatam significaverit, si admonitus à superiore parere noluerit, tamquam indisciplinatus, & loco indignus, expellatur.

Ecclesiastici, qui sunt in inferioribus Chori sedibus, cum aliis, qui superiores sedes ac pluteos occupant, ne commisceant sermones, nec dicta conferant, aut rogent: nec superiores ad obloquendum illos provocent, nec per Chorum discurrant, nec sedes mutant, nec à Choro discedant, nisi necessitate urgeantur.

Unusquisque in ea Chori sede consistat, quæ sibi possessionis tempore, vel antiquitatis ratione designata fuit: qui secus fecerint, distributiones illius horæ, quæ aliis debent accrescere, amittant.

Ca-

Caveant Chori Punctatores (c) negligenter aut oscitanter suum munus exequi, aut aliquorum respectu, & metu, quia ad hoc officium punctandi ab ipsis delecti sunt, quidquam prætermittere, quod Ecclesiasticæ disciplinæ adversum sit. Si quos absentes, vel in Choro tumultuantes, aut obloquentes viderint, statim designent, & notent, ut illius horæ distributione priventur. Si id sua negligentia fiat, sciant se peccato mortali obnoxios, in excommunicationis sententiam incururos.

Canonici nostrarum Ecclesiarum eligant Punctatorem virum probum, & industrium, & adhibitis sacramentis obstringant, ut diligenter & strenue suum munus, postposita omni affectione, exerceat. Si secus in præmissis omnibus fecerint, sciant à Nobis, ob ipsorum negligentiam, Punctatorem esse eligendum, qui nobis singulis mensibus referat, quinam in Choro tardi, quinam socordes, quinam desides fuerint.

(a) *Decret. Mediolan. de vita & honest.*

nest. Clericor. lib. 3. tit. 1. cap. 14. (b)
 Card. Borromæus Synod. Provinc. 1565.
 c. de officio Magistr. Chori, & cærem.
 Decret. Mediolan. lib. 1. tit. 20. cap. 1.
 (c) Idem de offic. puncta. lib. 1. tit. 19.
 per totum.

Quo ordine Processiones fieri debeant. Cap. XLIII.

IN Supplicationibus, quæ solemniter
 pompa, piis populorum votis, pro
 regum salute, & reipub. incolumitate
 indicuntur, vel in aliis Processionibus,
 quæ pro tumulandis cadaveribus fiunt,
 (a) curent Canonici nostrarum Eccle-
 siarum, qui aliis exemplo prælucere de-
 bent, reliquique omnes Ecclesiastici no-
 stræ Diœcesis, ut quanta poterunt ani-
 mi religione, humili corporis habitu,
 gravi & composito gradu, oculis mo-
 destis & humi defixis, ordine & mode-
 ratione, qua decet, bini incedant, nec
 perturbatione, iocis, dicteriis, clamo-
 ribus per vias eachinnentur, aut corpo-
 ris,

ris , & brachiorum iactatione tumultuentur , fluctuent , aberrent : ut , explosis his abusibus , Senatus Ecclesiasticus ad modestiam moderationemque compositus censeatur.

Præsidentes seu præfecti suo exemplo alios commoveant , & oratione commoneant , ut unusquisque suo loco , & ordine incedat.

Curent omnes à primo Ecclesiæ egressu psalmos hymnosque divinos recitare , ut seculares suo exemplo ad Deum deprecandum promoveant. Eadem quoque orandi disciplina servetur , cum ad Ecclesiam revertentur. Crucem , tamquam Tesseram religionis Christianæ , illi ne deserant , qui Beneficiati , vel ei Ecclesiæ fuerint adscripti. Si verò negligentés in singulis præmissis fuerint , iuxta decretum 47. primæ Synodi Oriolanæ à præfecto , vel Capsoverio portione , quæ processionem comitanti designata est , priventur , quæ aliis se modestè gerentibus accrescat.

(a) *Decret. Mediolanen. lib. 4. tit. 7.*
per totum. Ne

Ne Capitulum habeatur, quo tempore divina celebrantur officia.

Cap. XLIV.

CANONICI, qui præcipue divino cultui addicti sunt, & ea de causa, à canonicis horis decantandis honorarium nomen acceperunt, primùm Ecclesiasticam Chori functionem curare debent. (a) Dolenter sanè referimus, in tam exiguo sacerdotum numero, qui in nostra Cathedrali Ecclesia reperitur, divinum cultum sæpe debito honore destitui, ac deseri, dum illi, quibus hoc ex munere incumbit, quo tempore sacrificia peraguntur, relictæ Chori functione, Capituli negotia pertractant. Sæpe enim non sine dolore conspeximus, omnibus ferè Canonicis absentibus, eorum exemplo duos vel tres tantùm Capellaneos in Choro remansisse, ut sacro Missæ sacrificio deservirent. Cui malo ut competens remedium adhibere possimus, Concil. Provinc. Valent.

au-

auctoritate sess. 3. cap. 23. iubemus, ne post coeptum Missæ maioris officium, in Capitulum illi conveniant, nec à Choro recedant, donec corporis Domini fuerit facta communio. Qui secus fecerint, unius ducati pœnam exolvant, & illius horæ distributionibus careant: quæ nulla conventionem, aut donationem, aut collusionem remittantur.

Idem quoquè sub eadem pœna in Vesperis servari volumus: crescente verò contumacia, in eos, prout iuris fuerit, procedemus.

Nullus Canonorum à Capitulo excludi possit eo prætextu, quòd maiori parti non subscribat, & aliorum vota non probet: sed libera posthac cuilibet sit dicendi sententiam, & dissentendi facultas.

Notarius Capituli, ut rectè suum munus expleat, vota omnia in scriptis referat, & eos, qui contrariam sententiam tulerint, & defenderint, nominet, & numeret, ut liberè, & non coactè omnes sententiam dixisse videantur.

Nulla posthac statuta fiant, nisi
scri-

scriptis consignentur : ne summa fiat in Ecclesiis perturbatio , dum alii hoc statutum factum , alii minimè factum fuisse affirmant , & contendunt.

Statutum illud : Ne Canonicus officium Vicarii Generalis exerceat. (b) tamquam caritati , & iuri communi contrarium , & obsequio , quod Episcopo debetur , repugnans , omnino abolemus , & cassamus.

Non liceat Capitulo litteras testimoniales in alicuius approbationem & favorem de moribus , & vita , Sede plena , concedere : & cum clausula : Universis & singulis personis , destinatas expedire : si factæ fuerint tanquam infectas interdicti pœna revocamus.

(a) *Decret. Mediolan. de Præbend. & dignitat. lib. 7. tit. 4. cap. 5.* (b) *De Cleric. non residentib. cap. de cætero. & cap. ad audientiam.*

*Quo pacto Coadiutores approbari
debeant. Cap. XLV.*

Solent nonnulli, ut suorum amico-
rum studio, & votis respondeant,
eos, qui Coadiutores futuri sunt, licet
minus ad id muneris aptos, vel litteris,
& morum integritate parum conspicuos,
& minus ad Ecclesiae officium necessa-
rios, agnoverint, suorum tamen bene-
volentia allecti, & impulsivi, datis ad S.
D. N. litteris commendare, & de eorum
approbatione conscribere. Cum autem
Ecclesiae intersit viros probos ac doctos
ad functionem Ecclesiasticam designari:
propterea hortamur Capitulum nostra-
rum Cathedralis, & Collegiatæ Ecclesia-
rum, ne quemquam suis litteris probet,
ac laudet, nisi prius adhibitis sacra-
mentis, de eorum virtute, doctrina, &
meritis, plenè constiterit, tales coadiu-
tores ob urgentem necessitatem, aut
evidentem utilitatem dignos esse ad Ec-
clesiasticam functionem.

Hu-

Huiusmodi verò approbatio calculis Canonorum confirmetur, & scriptis, Notario ac testibus præsentibus, pleno convocato Capitulo, & omnium exquisitis votis consignentur, ut postea constare possit, Ecclesiæ, in designando tali coadiutore, fuisse consultum.

*Quando in funeribus ducendis
Nocturna dicenda sint, & Stationes permittendæ.*

Cap. XLVI.

Quotiescumque funus aliquod clerici omnes trium nostrarum Ecclesiarum Parochialium huius civitatis Oriolanæ comitaturi sunt, maioricum decore, & pietatis cæremonia fiat, duæ Cappæ, & duo Sceptra argentea deferri poterunt. Diaconus, & Subdiaconus Dalmaticis induti Presbytero associabuntur, & ubi erit maior populi frequentia, in via funus sisti poterit, ut præsentibus Christi fideles, recitata oratione Dominica, piis suffragiis, defuncti animam iuvent. In

In Ecclesia quoquè , ubi cadaver tumulandum erit , unum vel plura Nocturna defunctorum unà cum Laudibus, iuxta Breviarii Pii V. regulas , decantari poterunt ; ut anima illius defuncti nostris orationibus expiari possit. Pro quolibet verò Nocturno cuicumque clerico duo solidi cum dimidio conferantur , & pro Laudibus dimidiata portio.

Quòd si clerici eodem tempore in recitandis aliis summissa voce Nocturnis , in Capellis eiusdem Ecclesiæ , ut moris est , occupati fuerint , etiam prædictos duos solidos cum dimidio lucrabuntur. Pro qualibet Statione sex nummos singulis clericis persolvendos assignamus.

Ubi verò omnes Parochiæ minimè convenerint , nec tanta erit in ducendo funere cleri & populi frequentia, Nocturnorum recitationem , unà cum Laudibus in Ecclesia permittimus , Stationes tamen fieri in via prohibemus.

Qui maiorem sustinent laborem, maiorem quoquè mercedem percipere debent ; ideo in funere , Curati , vel
Re-

Rectores , vel Hebdomadarii , qui Pluvialia gestare solent , præter integram portionem singulis persolvendam , pro gestatione Cappæ , seu Pluvialis in illo actu aliam dimidiatam portionem capiant : qui Sceptra deferunt , decem alios nummulos habeant.

Ecclesiam Parochialem S. Salvatoris , in Cathedrali sitam cæteris præferendam esse.

Cap. XLVII.

Quotiescumque Ecclesia Parochialis S. Salvatoris ad aliquod funus ducendum egredi contigerit , ob Cathedralis Ecclesiæ dignitatem , quæ cæterarum huius Diœcesis matrix & caput est , & ob eius venerationem , cæteris aliis totius Diœcesis Parochialibus præteratur : & eius Curatus Præsbyter in omnibus Ecclesiis huius civitatis , & Diœcesis tam in funeribus , quàm in officiis celebrandis præerit. Excipimus tamen Ecclesiam Collegiatam S. Nicolai

si 2

si intra eam officium peragendum erit.

Quælibet Ecclesia Parochialis in sua ditione, si funus in ea tumulandum sit, cæteris aliis loco, ordine, dignitate, & Crucis gestatione antecedit: ita tamen, ut sacerdotes omnes simul, & coniunctim duobus Choris incedant, in dextero sacerdotes propriæ Parochiæ, & in sinistro vocati & adsciti, ut inter eos aliqua animorum consociatio videatur. Quod tamen locum habere non debet, si clerici Ecclesiæ Cathedralis ad funus ducendum accesserint.

Cum duas Parochias huius civitatis defunctus elegerit, si expresse eas non nominet, tunc alternatim, sive per turnum designandæ erunt à Rationali, vel Capsoverio, ut omnes clerici huius civitatis emolumenta lucrari possint. Cum Capitulum nostræ Cathedralis Ecclesiæ ad funus ducendum eligitur, præter crucem S. Salvatoris, quæ Parochialis Ecclesiæ signum est, Crux etiam alia, Ecclesiæ Cathedralis propria, deferatur, & pro eius gestatione portio à Nobis designanda persolvatur.

K

Pa-

Pagi , & Rura extra civitatem Oriolanam sita tribus eiusdem Parochiis assignantur.

Cap. XLVIII.

Parochi Ecclesiæ S. Salvatoris , ad quos pertinet sacramenta administrare in omnibus ruribus , & pagis extra civitatem Oriolanam sitis , cum sine magna difficultate , & ingenti ipsorum incommodo , nec non ægrotantium periculo , ob loci distantiam , pœnitentiæ , Eucharistiæ , & Extremæ unctionis sacramenta conferre non possint : propterea ex auctoritate S. Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. rura omnia , quæ extra portam Murtiæ sita sunt , relicto ad sinistram flumine , qui Tader antiquitus , & nunc Segura dicitur , ne nostrorum subditorum animæ detrimento afficiantur , ab Ecclesia S. Salvatoris adimimus & separamus , & Ecclesiæ Parochiali S. Iacobi , sicut quæ extra portam S. Augustini ab ea nova via , quæ sinistrorsum,

sum , deinde dextrorsum inflectitur , & recta Orgelum versus ad radices montis Carthaginem tendit, Ecclesiæ Parochiali SS. Iustæ & Rufinæ, auctoritate Apostolica , consignamus , applicamus , atque subiicimus. Reliqua verò rura extra civitatem sita , reliquosque pagos Ecclesiæ Parochiali S. Salvatoris subiecta relinquimus.

Ex omnibus terræ fructibus integræ decimæ , & nulla interposita mora persolvendæ sunt.

Cap. XLIX.

Decimarum solutio , cum de iure divino Ecclesiasticis personis fieri debeat , non solum ex illis fructibus, qui in foro venduntur , sed etiam ex iis frugibus , quæ agricolarum industria ad privata commoda , & domus suæ occasione , victusque prætextu superflue reservari solent : propterea sub excommunicationis pœna iubemus , ne quis apud se hortorum fructus , quocumque

nomine censeantur, copiosiores, quàm par sit, vel suæ domui non necessarios retineat, aut falso animi errore corruptus, ex his decimas non persolvendas existimet, cum id iuri decimandi repugnet, & maxima inde damna Ecclesiasticis inferri possint.

Integris igitur & inviolatis semper hac in re manentibus privilegiis, foris, & sententiis à Iacobo I. & aliis regibus huic regno Valentino concessis, decimæ deductis colonorum sumptibus, aut stipendio, quod mercenariis impenditur, aut semine separato posthac ne persolvantur: sed magna cum integritate, nulla excogitata fraude, dolo, aut diminutione reddantur.

In earum solutione æquitas ita servanda est tam in frumenti, vini, uvarum, olei, orissæ, mori foliorum, quàm aliorum seminum, & granorum, vel olerum frugibus, & lana, ut eiusdem integræ speciei, naturæ, & qualitatis, non commutatis fructibus, decimæ persolvi debeant.

Quòd si frumenti, ordeï, & orissæ

sæ spicæ , quæ residuæ erant in areis, iterum terantur , inde etiam decimæ debentur : quas statutis & consuetis in hoc regno mensuris , non sportis persolvi iubemus ; ne damnum aliquod, & fraus in Ecclesiastica bona possit ir-repere.

Ex aceribus quoquè frumenti , or-dei , & orisæ , terræque purgamentis, iuxta Concil. Provinc. Valent. sess. 5. cap. 16. decimæ necessariò persolvi de-bent : qui contra fecerit in prædictis omnibus , in excommunicationis sen-tentiam incurrat.

Iubemus quoquè sub eadem pœna, (b) ne fructuum solutio differatur mul-to tempore , aut deteriores , reservatis sibi melioribus , tribuantur , sed statim atque collecti fructus erunt , denunci-en-tur Præfecto Granarii , sub cuius fide & tutela fructus omnes existunt , ut sta-tim in horreum reportari , & inferri pos-sint.

(a) *De decimis. cap. tua nos.* (b) *De decimis, c. cum homines.*

Do-

Domini temporales, in quacumque dignitate constituti sint, colere debent omnes Christi sacerdotes. Cap. L.

Superiorum exempla imitari solent inferiores, maximè in his, quæ ad religionem spectant, & pietatem. Sic qui imperium tenent, & auctoritatem in Morischos, qui in orthodoxa fide & religione nondum adulti sunt, si illorum conversionem promovere, & animorum saluti æternæ egregiè consultum volunt, se piè propensos, & animatos in Ecclesiasticas personas præbeant, & debitos honores exhibeant. (a) Quamobrem temporales Dominos in quacumque dignitate constitutos, & eorum vices gerentes, pro Iesu Christi visceribus obsecramus, & monemus, ut Morischorum Parochos, & quoscumque alios Christi Sacerdotes nullis contumeliosis verbis laccessant, in circulis ne vellicent, in conviviiis ne carpant, & coram

ram se aperto capite illos stare nequaquam permittant : sed summa eos humanitate , & benevolentia complectentes honorificis verbis præsentem colant, & absentes prosequantur ; ut sacerdotali dignitati , quam Angeli ipsi suscipiunt , debitum cultum & reverentiam præstare videantur : præsertim hoc tempore , in quo Morischorum conversio, atque Catechesis non perfunctoriè , sed strenua opera suscepta est.

Sacerdotes verò , & Parochos , qui coram Dominis temporalibus , vel publicè ; vel privatim detecto capite steterint , (b) ut qui Ecclesiasticam dignitatem indignissimo famulatu deiiciunt , & deprimunt , graviter puniemus.

Quod si Barones , & Domini temporales quocumque titulo insigniantur, vel ipsorum Procuratores , & vices gerentes præsumpserint , vel tentaverint, appositis impedimentis, Sacerdotibus inferre molestiam , ut vexationis timore indecenti quadam demissione se gerant, & velut inferiores ministri illis inserviant , Missarum celebrationem ipsorum præ-

præscripto, & nutu vel protrahant, vel antevertant, & turpi obsequio sacerdotalem dignitatem dehonestent, opportunum huic malo remedium, quodque magis expedire visum fuerit, adhibebimus.

Hortamur item Dominos temporales, ut Morischos vassallos suos ad fidem Catholicam exemplo, & auctoritate promoveant, eos ad detegendos errores suos in foro exteriori moneant, & excitent, & à Mahometana secta avertant, ut sibi & subditis suis optimè sit ac securè consultum.

Caveant etiam Parochiani suos patres spirituales calumniis confictis perturbare, aut falsa ipsis crimina imponere, ut eos, cum Ecclesiæ incommodo, è cura deturbent, & in suo munere exequendo segniores reddant: qui id effecerint, excommunicatione plectantur.

(a) *Conc. Roman. Sub Gregor. VII. cap. 26. Synodus Aquisgran. p. 4. c. 7.* (b) *Synodus Argentinens. sub Arnulpho. cap. 7.*

Quæ

*Quæ efficere , & exequi debeant
Confraternitatis Nobilium Alum-
ni. Cap. LI.*

CONfraternitates piè ac religiosè in-
stitutæ ut corruant , necesse est,
si illarum alumni , quæ diligenter obser-
vare debent , minimè exequantur , &
sanam instituentium voluntatem , Chri-
stianamque mentem negligant. Unde
exhortandos , & commonendos in Chri-
sto Domino esse iudicavimus , prout pa-
terna caritate exhortamur , & commo-
nemus omnes confraternitatis Nobilium
alumnos , quos ipsa à maioribus accepta
nobilitas , & sanguinis splendor excita-
re debet , ut quando Nos ipsorum con-
fraternitatem quæ ferè iam prorsus depe-
rierat , renovandam & instaurandam cu-
ravimus , ipsi etiam novo studio , & di-
ligentia viduarum , & pupillorum pa-
trocinium suscipiant , miserabilium per-
sonarum , quæ carcere detinentur , tu-
telam & defensionem aggrediantur , mi-
se-

seros & afflictos solentur , laborantibus , quantum fieri poterit , succurrant pietatis & misericordiæ opera exerçant , sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum , quod generosos & Christianos conatus iuvare , & prosequi maximè solet , ad totius populi ædificationem & exemplum , frequenter recipiant , ut huius confraternitatis studium non modo non restringui , sed in dies etiam augeri , & nobilitari magis valeat.

Librum etiam rationum habeant , ut accepti & expensi nostris Visitoribus rationem reddere singulis annis possint.

Confratres ne in rebus ludicris , aut tormentis emittendis pecunias exolvant. Cap. LII.

QUoniam Confraternitatum laicorum alumni in agitandis tauris , in ignibus , qui noctu longe colluceant , & in bellicis tormentis displodendis sæpe bona , & Eleemosynas confraterni-

ta-

tatis absumunt, sæpe etiam ab illarum præfectis taxæ per capita imponuntur, aut viritim imperantur pecuniæ, quæ sæpe ab alumniis persolvi non possunt: (a) propterea sub excommunicationis poena prohibemus, ne in pervigiliis Sanctorum, quos sibi Patronos delegerunt, fragores bellicos, & tormenta militaria è sacris arcibus, vel aliunde emittant, aut primo mane civitates, oppida, & loca clangoribus, & tumultibus, gentili & seculari more excitationis, concutiant, aut in his rebus, aut aliis ludicris pecunias confraternitatis absumant, quæ ad pietatis opera designari debent.

Ne item onera imponant occasione ludorum, sed omnes pecunias, sive imperatas, sive pia devotione donatas, in Ecclesiæ ornamenta, & in virgines nuptui tradendas, & alia pia opera impendant: si secus fecerint, à nostris Visitatoribus eorum rationes expensi non admittentur, sed cogentur præfecti has omnes pecunias temere impensas, in duplum restituere.

(a)

(a) Synod. I. Oriolan. cap. 49.

*De iis , qui ad titulum Patrimo-
nii ordinandi sunt.*

Cap. LIII.

COgit Nos improbitas temporum , ut illis diligentius consulamus , qui ad titulum patrimonii ordinandi sunt: qui sæpe , abiecto Dei timore , Nos fraudibus involvunt , & plusquam sit, rei donatæ valorem augentes , mentiuntur. (a) Volumus igitur , ut posthac nullus sacris ordinibus initiari possit , nisi titulus eius patrimonii quinquaginta ducatorum redditus superet , (nisi inspecta ratione , & qualitate personæ aliter Nobis videatur) qui compensata terrarum , quæ assignantur , fertilitate , & fructibus , qui annuatim colligi possunt, tum expensis , quæ in agris excolendis insumentur, aliisque computatis rationibus, ab omni onere liberi & soluti huiusmodi quinquaginta ducati remaneant.

Eos

Eos verò omnes , qui , neglecto Dei timore , plus quàm sint fructus , aut terrarum redditus , præter animi sui conscientiam , & rei valorem , coram Notario & testibus æstimaverint , vel aliquas collusiones inter cedentem , & cessionarium tacitè confinxerint , vel possessiones obæratas , & annuis censibus obstrictas , ut liberas tradiderint , tamquam periuros excommunicationi subiicimus.

Illi quoquè , qui ad titulum patrimonii ordinantur , agnoscant se illius Ecclesiæ , cui addicti sunt , servitio esse conscriptos , & eius obsequio toto vitæ tempore mancipatos , & pro illius utilitate , & necessitate fuisse assumptos.

Qui verò Nobis inconsultis locum deseruerint , iuxta Sancti Concilii Trid. decretum sess. 23. cap. 16. punientur. Volumus etiam ut singulis saltem diebus Dominicis , & festivis in Ecclesia , cui adscripti sunt , Chori functiones peragant , & processionibus generalibus & dominicalibus , & in sabbato decantationi , quæ , *Salve Regina* , dicitur ,
in-

intersint. Quod si huic monitioni non paruerint, si Subdiaconi, vel Diaconi sint, ob eorum negligentiam ad maiores ordines non assumuntur.

Presbyteri in Ecclesiis non residentes, licet iuxta Concilii Toletan. I. decretum cap. 3. à Missarum celebratione privari possent, si moniti non paruerint, ob eorum contumaciam pro nostro arbitrio plectentur.

Nullus posthac ad sacros ordines suscipiendos admitti possit, nisi exacte canendi in Choro artem agnoverit: cum ad hoc munus laudandi Dominum ministri Ecclesiæ designentur.

Qui sacris ordinibus insigniti fuerint, statim sacras sacerdotales vestes comparent, sub duorum ducatorum pœna: ut his ornati, Ecclesiasticis functionibus deservire possint.

(a) *Decret. Mediolanen. lib. 1. tit. 10. de temporibus ordinan. cap. 49. & 54. (b) 92. dist. Siquis presbyter. Braccharen. 2. cap. 63. & 64.*

Or-

*Ordinibus initiati quo tempore
Eucharistiam sacram sumere
debeant. Cap. LIV.*

Eucharistia sacra prima Dominica
cuiuscumque mensis , & in aliis
sanctissimæ virginis solemnitatibus ab
his piè suscipiatur , qui quatuor mino-
ribus ordinibus initiati sunt. Eius rei te-
stimonium deferant à suis Parochis , &
Confessoribus , si ad maiores ordines
admitti voluerint.

Subdiaconi , & Diaconi , præter so-
lemnes festivitates , bis in mense sacram
Eucharistiam in Ecclesiis , quibus fue-
rint adscripti , suscipiant , ut maiori
studio pietatem amplecti videantur , &
Nos sua virtute excitent , & alliciant,
ut eos libentiùs ad maiora promovea-
mus.

Presbyteros omnes , quacumque di-
gnitate & gradu decorentur , hortamur
in Domino , iuxta constitutionem Con-
cilio Provinc. Valent. sess. 3. cap. 5. ut

Mis-

Missas singulis saltem diebus Dominicis recitent. Quod si ætate, vel senectute, vel alia graviori causa, quam Nobis denunciare debent, huic monitioni non satisfecerint, iubemus, ut saltem decimo quoquo die in suis Ecclesiis communicent.

De Aris portatilibus. Cap. LV.

A Ras, seu tabulas lapideas, in quibus corpus & sanguis Domini nostri Iesu Christi conficitur, cum aliæ confractæ, aliæ submotæ, aliæ sine sanctorum reliquiis dicatæ sint, ut debitè in his sacrificii ritus peragatur, de novo extruendas, & veteribus remotis, alias priorum loco reponendas, & additis sanctorum reliquiis maiori cæremonia consecrandas esse (a) iuxta S. R. E. consuetudinem duximus. Iubemus igitur omnibus Rectoribus, & aliis Parochis, ut absoluta hac II. venerabili Synodo, statim post duos menses tot ad Nos consecrandas tabulas lapideas transmittant, quot erunt eorum altaribus

ne-

necessariæ. Qui verò negligentes fuerint, sex ducatis mulctabuntur.

Curent præterea intra idem tempus, & sub eisdem pœnis, (b) ut iuxta altare maius, vel iuxta fontem Baptismi, locus aut vas præparatum extruatur, ad infundendam aquam ablutionis corporaliæ, & vasorum sacrorum, ac manuum, postquam sacerdotes sacrum Chrisma, aut oleum Catechumenorum, vel infirmorum tractaverint.

(a) *Ex Pontificali Roman. emendato iussu S. D. N. Clementis VIII.* (b) *Ex eodem Pontificali Rom.*

De illis, qui ante matrimonium se carnaliter polluunt.

Cap. LVI.

Multi priusquam in Ecclesia publice fiant denunciationes, aut per verba de præsentem coram Parocho & testibus matrimonium contrahant, tamquam gentes, quæ Deum non timent,

L

se

se turpiter commiscent, & strupi delicto commaculant. (a) Ex qua re sæpe accidit, ut eam, quam futurus maritus semel agnovit, ex prima congressione odio prosequatur, & femina priùs ab illo exolvi cupiat, quàm vinculo matrimonii fuerit adstricta.

Multi etiam intra gradus prohibitos matrimonium consummare præsumunt, antequam Apostolicam dispensationem obtineant.

Ut igitur controversias & gravissima peccata tollamus, quæ huius rei causa provenire solent, (b) sub excommunicationis pœna, & aliis nostro arbitrio reservatis prohibemus, ne parentes aut curatores novam sponsam futuro marito tradant, aut cum ea ante matrimonium in eisdem ædibus habitare, aut rem habere permittant, ne maiori delicto & crimini obnoxii fiant.

In Sponsos verò, qui, postposito Dei timore, ante sacramenti ritum, copula carnali sese communicaverint, acerbioribus pœnis, prout iuris fuerit, procedemus.

In

In incæstuosos quoquè pœnas, (c) quæ in Concil. Provinc. Valent. sess. 22. cap. 25. statutæ fuerunt, exequemur.

(a) *Conc. Trid. sess. 24. cap. 1.* (b) *Decret. Mediolanen. lib. 4. tit. 1. de Sponsalibus cap. 34. Congregatio. Conc. Trident. sess. 24. cap. 1.* (c) *Clement. de Consanguinitate & affinitate.*

Ne Nuptiales Benedictiones alio in loco, quàm in propria Parochia dentur: nec Coniuges ante benedictionem cohabitare permittantur. Cap. LVII.

Consuetudinem illam, qua nuptiales benedictiones in eremitoriis, vel oratoriis, vel in religiosorum conventibus, de licentia Parochi, celebrari solent, penitus reiicimus, (a) nec ullam posthac facultatem dari ad hanc rem patiemur, etiam si ad eam concedendam importunis precibus inducamur:

L 2

cum

cum extra Parochialem Ecclesiam, quæ à S. Concil. Trid. præscripta sunt, irreverenter fiant.

Curent animarum Parochi, ut intra mensem coniuges nuptiales benedictiones accipiant: alioquin si negligentes fuerint, sex ducatorum, & excommunicationis poenam incurrant.

Nuptialibus præterea choreis sacerdotes ne intersint: (b) cum in eis lusus & saltationes fiant, aut amatorix, & lascivix canantur cantilenæ.

Feminae post puerperium ad Ecclesias Parochiales, ubi earum liberi baptismo initiati sunt, (c) non ad Monasteria, gratias Deo acturæ, sub poena decem solidorum, accedere debent, ut à suis Pastoribus animarum, preces, & benedictiones accipiant.

Missas nuptiales Rectores noctu ne celebrent, sed prima albescente luce: cum id constitutioni Pii V. quæ incipit: *Sanctissimus in Christo Pater.* adverteatur. Si secus fecerint, duorum ducatorum poena punientur.

Parochi, nulla consuetudine inducti,

cti, audeant denunciationes remittere: cum id Episcopi tantum arbitrio relinquatur ex Concilio Trid. sess. 24. cap. 1. Si secus fecerint, excommunicentur.

Parochus semper matrimonii sacramento assistat, ut contrahentium nomina describat, licet alteri sacerdoti administrandi illud licentia permissa fuerit.

(a) *Decret. Mediol. lib. 4. tit. 1. de Sponsal. cap. 14.* (b) *Laodicen. cap. 53. & 54. Agathen. can. 39. Braccharen. cap. 60. Ilerdens. de consecrat. dist. 5. cap. non oportet. dist. 34. cap. Presbyteri. Chrystom. ad Coloss. hom. ulti.* (c) *Provinc. Valent. sess. 2. cap. 6.*

De reverentia, qua Sacramentum Matrimonii colendum est.

Cap. LVIII.

CUM ratio ipsa, & Christiana religio præscribant, ut fidelis populus, ad suscipienda Ecclesiæ sacramenta magna cum reverentia, & animi de-

devotione accedat : ideo Parochi omnes subditos suos , qui matrimonio iungendi sunt , piè ac prudenter , iuxta sacrosancti Concilii Trident. decretum sess. 24. cap. 1. admoneant , & adhortentur , ut saltem triduo ante benedictionum nuptialium susceptionem , & matrimonii consumationem , omnia sua peccata magno cum animi dolore Parocho suo confiteantur , & sacrosanctam Eucharistiam recipiant , qua valeant uberiores gratiam recipere , maiorem animi tranquillitatem obtinere , & foecundiores soboles ad reipublicæ utilitatem , & Dei omnipotentis laudem , propagare.

Qui secundo matrimonio iunguntur , nocturno strepitu , & tumultu , & inconditis vocibus , ac scommatis , tum tympanorum , cornuum , & symbalorum concrepatione minime irrideantur , quasi nuptiæ illæ incoestæ , & prohibitæ fuerint. (a) Qui verò huiusmodi cachinnationes , fragores , & tumultus ad excitanda & iacienda convicia excitabunt , excommunicationis poena punientur.

Quicumque noctu & intempestivis
ho-

horis per vicos , compita , & plateas in privatarum domorum ostiis , & fenestris res turpes , foedas , quæ sine pudore nominari non possunt, depinxerint , vel expresserint, vel sacras Litanias , neglecto Dei timore , in res impudicas inverecundo ore contorserint , iuris & arbitrii poenis coërcebimus. (b)

Hortamur seculares Magistratus in Domino , ut nocturnis vigiliis & excubiis prospiciant quàm diligentissimè , ne eiusmodi scelera patrentur , nève flagitiosi homines noctu per urbem tumultuatim vagentur : cum præter commune dedecus , & publicam ignominiam , gravissima scandala inde oriri possint.

(a) *Decret. Mediol. de secund. nuptiis: tit. 2. cap. 1.* (b) *Concil. Trid. sess. 4. cap. 5.*

Quæ

Quæ facere debeant Ecclesiasticarum fabricarum Administratores. Cap. LIX.

Ecclesiarum cultus & ornatus maxime ad eos spectat, quorum curæ & sollertiæ Ecclesiasticarum fabricarum administratio, Regiis privilegiis, commissa est. Quamobrem adhortatos, & admonitos in Christo Domino omnium Ecclesiarum nostrarum Parochianos pro nostra pastoralis curatione volumus, ut Regia privilegia, uti par est, ad unguem observantes, singulis annis in natiuitate Sancti Ioannis Baptistæ, in qua fructus colligi incipiunt, non Decembri mense, in quo fructus & collecti, & partim venditi sunt, Fabriqueros, qui fabricæ Ecclesiasticæ præficiantur, homines divites, pecuniosos, conscientie integritate insignes, & in Ecclesiastica ornamenta augenda propensos eligant, quibus fabricarum redditus (præstitis prius, & non aliter, fideiussoribus)

bus) & totius anni proventus committantur.

Fabriquerii collectos fructus absque maiori consensu Parochianorum, si id nulla fraude fiat, minime vendant: & elapso annuali munere, intra mensem, accepti & expensi rationem reddant. Quod si quid pecuniarum reliquum fuerit, ut omnis collusio fugiatur, id subsequenti Fabriquerio fabricæ præfecto adscribi & tradi non debet, sed in arca tribus clavibus munita, & in tuto loco custodita reponatur.

Hortamur præterea eosdem in Domino, ut nullos fabricæ census imponant, & si qui impositi sunt, ab ipsis fabricas aliqua ex parte vendicent, ac liberent: si quæ verò pecuniæ debentur, intra sex menses exigant, & ad eas persolvendas debitores compellant. Est enim indignissimum pecunias, Ecclesiasticis muniis & ornamentis dicatas, administrantium incuria, & negligentia deperire, vel in alios usus & commoditates converti.

Si verò intra mensem rationem sui

(8)

mu-

muneris non reddant, sciant iuxta privilegium serenissimi Regis Ioannis datum Barcinone 22. die Aprilis anno Domini 1345. (a) censuris à Nobis compellendos esse.

Christianam consuetudinem à Catholica Ecclesia observatam, qua tempore quadragesimalis ieiunii sepulcrum gloriosum, religioso cultu & ornatu extruitur, ut sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum ibi repositum, à meridie Iovis Cœnæ Domini usque ad meridiem subsequentiæ feriæ sextæ maioris hebdomadæ custodiatur, in omnibus Ecclesiis nostræ Dioecesis, in quibus sacra Eucharistia reservata est, diligenter observari volumus, & strictè præcipimus.

Quæ Patronis Capellarum, & Sacellorum in priori Synodo Oriolana cap. 44. circa illorum splendorem, decorem, ac debitum cultum, & à Nobis in visitatione præcepta sunt, observari volumus, & executioni mandari: alioquin remediis à iure permissis in eos, qui negligentes fuerint, procedemus.

(a)

(a) *Concil. Trid. sess. 22. c. 9. & sess. 24. cap. 3.*

*Quæ pro institutione suæ familiæ
Paterfamilias curare debeat.*

Cap. LX.

Quicumque liberos suos, familiam-
que suam ad Dei cultum, & ad
pietatis, Christianarumque virtu-
tum disciplinam erudierit, uberrimum
ex illa optima institutione fructum ca-
piet. Quapropter omnes patresfamilias
in Christo Iesu commonemus, ut nisi
volunt in die Domini durissimum subi-
re iudicium, de suæ familiæ salute sol-
liciti, bonorum operum exemplo, &
crebris cohortationibus sese ei ad piè
sanctèque vivendum magistros ac du-
ces præbeant.

Curent etiam, ut omnes de fami-
lia, sive filii, filiæque, sive servi, & an-
cillæ, & quicumque in famulatu sunt,
Christianæ fidei initia & rudimenta, sa-
cras-

crasque orationes memoriter teneant, ut frequenter in anno peccata sua, si possint, vel saltem semel, suo Parocho confiteantur, & sacram Eucharistiam sumant: ut diebus dominicis ac festivis ad Missæ celebrationem, ad sacras conciones, supplicationes, divina officia audienda, aliasque pietatis Christianæ exercitationes conveniant: ut vigiliis, Quadragesimæ, & alia temporum stata ieiunia illi in familia servent: ut certis piorum hominum sodalitatibus, & confraternitatibus adscribantur, quò ardentiori studio pietatis opera exercent: ut de vitæ spiritalis ratione, & Christianis exercitationibus, & Sanctorum vitis probatos libros dumtaxat perlegant, exclusis & reiectis, qui obscœnè, turpiter, & iocosè scripti sunt, vel qui militaria gesta ridicula, & commentitia continent, ex quibus morum dumtaxat corruptela hauritur. (a)

Recognoscant præterea, & inspiciant, quæ sit universæ suæ domus Christiana institutio, qui singulorum mores, qui in virtute & probitate facti progressus;

sus , cubiculaque singulorum sæpe visitent , ne qui obscœnè quidquam & turpiter , vel loquantur , vel agant , neve aleis , taxillis , cartulisque pictis ludant , aut depravatum sui exemplum præbeant.

(a) Hieronym. ad Ephes. 6. 37. dist. can. legat. Gerson. lib. contra Romatium. 4. p. Idem dominica. 3. adventus.

Parentes , Mariti , & Heri curent diligenter , ne filiæ suæ , uxores , & ancillæ privatas in domos ad choreas ducendas accedant.

Cap. LXI.

PEstilens quidam , & radicitus extirpandus abusus mulierum mentes , lupercalium tempore , invasit atque corrupit , quæ solent interdium , ac vespertino tempore , nec non multa iam nocte , peplo , sive operimento velatæ , uno oculo liberato contentæ , totam faciem

ciem tegentes , privatas in domus , ubi amatoria cantantur , & choreæ ducuntur , ad saltandum introire , ut cum his , quos gratiores sibi , aut agiliores , & ad choreas ducendas magis expeditos viderint , aprehenso dentibus , vel acicula peplo , saltent , saliant , ac tripudiant. Quam pestem , & animorum exitium , pro Dei honore , & illarum spiritali salute , prorsus avertere , & exterminare cupientes , Parentes omnes , Maritos , & Heros , pro Iesu Christi visceribus obsecramus , atque sub æternæ maledictionis reatu indicimus , ne posthac patiantur , vel permittant , filias suas , uxores , & ancillas , hisce velaminibus contectas huiusmodi turpissimis spectaculis , & impudicis saltationibus interesse , vel ad spectatum introduci , in quibus vitia omnia una cum impudentia , impudicitia , atque luxuria contrahuntur. (b)

Saltationes præterea , & tripudia omnia diebus dominicis & festivis , iuxta Concilium 3. Tolet. cap. 23. omnino prohibemus.

Se-

Seculares verò Magistratus, quorum curæ & gubernationi reipublicæ tranquillitas, urbanitas, iusta, ac debita elegantia commissa est, gravibus pœnis huiusmodi spectacula prohibeant, si morum corruptelam exterminatam è republica cupiunt, & suæ conscientiaë integritati securè consultum volunt.

(a) *Gelasius Pontif. adversus Luper-
calia.* (b) *Laodicen. Synod. cap. 53. Con-
cil. Afric. sub Bonific. cap. 29. Rabanus
in Pœnitentiali cap. 27. de consecrat. dist.
3. c. irreligiosa.*

*Matres filias suas ad nuptias mi-
nime ducant. Cap. LXII.*

TUrpissimum est, ut ait S. Cypria-
nus Martyr, (a) teneras puellas,
in quas pudor, & pudicitia optimè qua-
drant, nubentibus interesse, & in illa
lascivientium libertate sermonum ince-
sta miscere colloquia, audire quod non
debet, loqui quod non licet, observa-
re,

re , & esse præsentibus inter verba turpia , & lasciva convivia , quibus libidinum fomes accenditur , & Sponsa ad patientiam luxuriæ , & Sponsus ad audaciam compellitur. Quamobrem Parentes omnes in Christo Domino monemus , divinam ultionem minantes, ut in posterum filiabus suis aditum & congressum ad nubentium coetum & epulas , prohibeant: cum illic nihil discatur , nihil videatur, nisi quantum à proposito suo virgo deficiat : quando pudica quæ venerat , impudica discedit , corpore licet virgo videatur , mente tamen , lingua , & oculis corrupta , & imminuta fit.

(a) *De disciplina & habitu virginum*
Chrysost. ad Ephes. c. 5. homil. 20.

*Cantilenæ turpes ne in republica
 permittantur. Cap. LXIII.*

Curent patres filios suos in disciplina Domini instituere , & educare , ac teneriorem ætatem ad virtutem,
 &

& Christianam pietatem componere. (a)
 Quos admonemus ex charitatis affectu,
 ne filios suos lasciva, molia, & libidi-
 nosa carmina, ad lenocinia, & vitio-
 rum blandimenta conficta, decantare
 permittant, sed eos ab hac turpitudine
 auctoritate paterna deterreant.

Hortamur quoque Magistratus in
 Domino, ut has morum corruptelas
 & vitiorum illecebras, quàm celerrimè
 è republica, impositis pœnis, eiiciant;
 cum mores hominum non tam colloquiis
 pravis, quàm mollioribus, & dulciori-
 bus canticis corrumpi & depravari so-
 leant.

(a) *Braccaren. 2. cap. 67.*

*Ne Cauponæ & Stabularii mere-
 trices in suis diversoriis habeant.*

Cap. LXIV.

Impudicas mulieres & meretrices, quæ
 sese ad impudicorum libidinem pros-
 tituunt, & sui corporis turpissimum
 M quæs-

quæstum faciunt, in Cauponis, Ganeis, & Diversoriis ali & permitti, cum id gravissima Dei offensione, & summo animarum detrimento, & disciplinæ Christianæ iniuria fiat, hoc decreto prohibendum, & à nostra Episcopali ditione longissimè exterminandum censemus. Quapropter iubemus, ne Cau-po, Stabularius, Tabernarius, vel qui coenaculariam faciunt, in suis diversoriis prostitutas mulieres habitare permittant, aut alant, ad tam turpem, & perniciosum quæstum faciendum. Quicumque verò post huius decreti promulgationem contra fecerit, veluti is, qui manifeste in statu damnationis iacet, præter sex ducatorum mulctam in priori Synod. Oriolan. cap. 69. impostam, ab Ecclesiæ ingressu arceatur.

Nullas præterea mensas extructas & apparatus, aut tabernas apertas diebus dominicis, & festis colendis habeant, vel quemquam apud se comedere, & potare permittant, antequam Missæ sacrificium in maiori Ecclesia peractum fuerit.

Ne-

Ne incantationibus, aut aliis superstitiosis precibus medicina fiat.

Cap. LXV.

IN nostra Diœcesi, sicut in plerisque Hispaniæ regionibus, invaluit quorundam hominum superstitiosa nequitia, qua sub religionis prætextu, & sanitatis corporalis eumentita spe, miseros homines in fraudem inducunt, ut relictis artis Medicinæ remediis, ad ligaturas, & alias superstitiones confugiant. (a) Quod ne posthàc fiat, omnes, & quascumque incantatorum, vel ut vulgo dicitur, Exalmatorum orationes, preces, & figmenta à nostra Diœcesi explodimus, cum sint superstitionibus, & erroribus plena.

Prohibemus etiam, ne posthàc huiusmodi homines, sub poenis iam à nostro Tribunali per sententiam diffinitivam constitutis, his superstitionibus, & medicamentis utantur.

Si Sacerdotes, vel clerici incantationes,

M2

nes,

nes, vel ligaturas fecerint, iuxta decretum Laodicensis Synodi cap. 36. & Bracharen. 2. cap. 59. ab Ecclesia proiicientur.

(a) 26. q. 5. can. non oportet. *Agathen* cap. 68.

*Quæ observare debeant mulieres
Devotæ Confraternitatis S. Luciae
urbis Oriolanæ.*

Cap. LXVI.

ET quoniam nonnullæ devotæ mulieres, quas vulgò, Beatas nominamus, modesto habitu religionis indutæ, ac pio devotionis affectu, in ædibus S. Luciae huius civitatis Oriolanæ, Christiano testantium studio relictis, degentes, nullis certis legibus, nec certa vivendi ratione continentur: propterea æquissimum Nobis visum est, eis, quæ nostræ curæ, & vigilantia pastorali subiectæ sunt, hanc vivendi rationem præscribere, qua Deo magis inservire, ac placere possint. Ex-

Exhortamur itaque primùm in Domino quascumque Devotas mulieres in S. Luciae ædibus viventes, & in posterum victuras, necnon etiam præcipimus, ne sine licentia foras egrediantur, quæque cum licentia egressæ fuerint, ante salutationem Angelicam domum se recipiant: ne nocturnis horis vagantes scandalo potius sint, quàm edificationi.

Ostia confraternitatis S. Luciae, vergente ad occasum Sole, clavibus occludantur, quæ seniori dumtaxat, vel antiquiori in sodalitate committantur. Cui iubemus, ne noctu, vel ante Solis ortum ostia reserari, & aperiri permittat, nec quemquam, etiam præfectum confraternitatis, noctu admittat, nisi gravissima, & urgentissima, quæ excusari non possit, causa omnino cogente.

Nulla Devotarum diebus dominicis, & festivis, vel aliis quibuscumque domo egrediatur, vel in privatis ædibus quarumcumque mulierum, etiam nobilissimarum, conviviorum occasione, aut quovis alio prætextu remanere audeat, absque expressa licentia Confes-

soris, ad audiendas ipsarum confessiones à Nobis designati. Quòd si ob iustam & rationabilem causam egrediendi licentia alicui Devotarum concedenda sit, comes illi, arbitrio & iudicio Confessoris, associetur, ut binæ incedant.

Neminem vel secularium, vel regularium ad interiora domus admittere, aut puellas introducere possunt, præter medicum spiritualem, & corporalem, si quando contingat aliquam ipsarum ægrotare, & in lecto iacere.

Quod si quis cum aliqua Devotarum colloqui necessario debeat, descendat illa ad publicum suggestum Ecclesiæ, nec aliter privata colloquia permittantur.

Nulla Devotarum noctu fenestram sui cubiculi aperire audeat, vel caput extrahere, ut deambulantes adloquatur, vel quovis alio prætextu.

Monemus, & hortamur hasce Devotas mulieres, ut fructum spiritalem assequantur, ut peccata sua singulis hebdomadis confiteri & detegere curent Confessori, qui ad audiendas sacras ip-

sa-

sarum confessiones à Nobis fuerit designatus.

Nullæ etiam mulierum, sive nuptæ, celibèsve fuerint, aut virgines, comp-tæ, & calamistratæ, fucoque ornatae ad privata ipsarum cubicula admittantur: ne caput suum ad fenestras cubiculorum ipsarum extrahant, & cum gradientibus, aut aliis quibuscumque misceant colloquia.

SESSIO QUARTA DIE VII.

Octobris habita, & die VIII. eiusdem in nostra Cathedrali Ecclesia publicata, & promulgata.

De congrua portione Vicariis assignanda.

Cap. LXVII.

UT sacrosancti Conc. Trid. decretum sess. 6. cap. 2. & sess. 7. cap. 5. & 7. & sess. 24. cap. 13. exequi possimus, in his Ecclesiis, in quibus instituta sunt
Be-

Beneficia simplicia, servitoria nuncupata, & cura animarum per tot Vicarios administrari solet, quot in eo loco Beneficia simplicia servitoria existunt, quorum Beneficiati vel per se, si volunt, vel per interpositam personam Sacramenta administrare debent; ne animarum cura, ut pierumque in nostris visitationibus constitit, negligatur, aut ob tenuitatem reddituum obsequia, & functiones Sacramentorum per parum aptos, & idoneos Sacerdotes, ut sæpe accidit, administrentur: propterea ipsismet Vicariis, qui nunc sunt, & futuris temporibus curæ animarum præerunt, decimam partem omnium fructuum decimarum, & primitiarum prædictorum Beneficiorum simplicium servitoriorum in quota pecuniæ, pro congruæ portiois assignatione deputamus, designamus, applicamus, & ipsismet Vicariis ius exigendi huiusmodi decimæ partis fructus pro congrua portione, concedimus.

In oppido de Callosa, præter hanc decimam partem, quinque ducatos amplius

plius unicuique Curato singulis annis adiungimus.

In oppido de Guardamar ægritudinibus, & cœli inclementiæ exposito, cum unus dumtaxat Curatus administrationi Sacramentorum, & curæ animarum non sufficiat, & sæpe ægritudinis causa curam animarum deserere cogatur, ideo ex decreto S. Concil. Trid. sess. 21. cap. 4. duos Vicarios, qui eiusmodi curam animarum exerçant, assignamus, & deputamus, prout iam antea in nostra visitatione fuerant designati, & deputati: tum etiam præter dictam decimam partem fructuum, quæ à singulis Beneficiis simplicibus servitoriis exigi debet, viginti ducatos mone-tæ singulis annis eisdem Vicariis adiungimus.

De procuratione Visitorum.

Cap. LXVIII.

Licet in visitatione totius Diœcesis, quam Nos personaliter, Deo auctore, singulis ferè annis absolvimus, nihil

hil, à subditis nostris, procurationis exegimus, sed omnia gratis, pietatis causa, condonavimus, ut sine dispendio Evangelium Dei poneremus: id tamen factum est sine præiudicio nostro, vel successorum nostrorum, & eorum, qui à Nobis transmittuntur, quibus libera relicta est procurandi facultas. Volumus igitur, ut posthàc eadem ipsa moderata procuratio nostris Visitoribus conferatur, quæ Visitoribus Carthaginensis Ecclesiæ, cui hæc Diocesis subiecta fuit, conferri solebat, vel eadem ipsa, quæ his Visitoribus collata est, qui tempore bonæ memoriæ Christophori Episcopi, Oriolanam hanc Dioccesim visitarunt.

In singulis Ecclesiis Parochialibus curent Visitores, ut liber sit bene compactus, in quo visitationes, & mandata describantur, & totius supellectilis nota, sive inventarium contineatur.

Alius quoque liber habeatur, in quo descripti sint census, & redditus perpetui, aliæque facultates Ecclesiæ.

Alius

Alius quoque sit codex accepti, & expensi confraternitatum, patinarum Eleemosynariarum, & aliorum piorum operum, in quo etiam ultimæ defunctorum voluntates notentur, & poenarum, sive mulctarum numerus.

Habeat quoque Rationalis, seu Capsoverius librum suarum rationum, Missarum, ultimarum voluntatum, funerum, & emolumentorum, quæ annuatim colliguntur.

Rector, seu Parochus habeat librum Baptizatorum, & eorum qui confirmationis sacramento perunguntur. Separatim nomina contrahentium Matrimonium in alias tabulas referat.

Si verò Visitator aliquem in hisce rebus desidem, & vecordem invenerit, duorum ducatorum poenam imponat.

Qui dies festi in hac Diœcesi Oriolana colendi sint.

Cap. LXIX.

QUI Sanctorum festa solemnia, vel à Sede Apostolica instituta, & con-

confirmata, vel ab Episcopis præcepta, ea, qua debent, pietate & religione minimè sanctificant, & eo audaciæ & temeritatis progressi, propriæque salutis immemores iis diebus, qui Dei Sanctis dicati sunt, sacrum mandatum quasi de industria transgrediuntur, sæpissime à Deo punitos esse certius est, quàm probatione egeat. Quamobrem omnes fideles curæ nostræ pastoralis commissos, pro Iesu-Christi visceribus, obsecramus, atque monemus, ut omnes dies festos à Reverendissimo Domino D. Gregorio Gallo Prædecessore nostro præceptos, & à Nobis confirmatos, vera pietate, & religione observent, tum etiam ut devotè sanctificent eos omnes dies festos, quorum observantia à Clero vel à Patribus Iuratis civitatum, oppidorum, & locorum nostræ Diœcesis enixe postulata fuit, & à Nobis libentissimè concessa, ut nostrorum subditorum piam animi devotionem, & in Dei sanctos, quos Patronos sibi delegerunt, propensionem magis in dies auferemus.

Dies ergo festi, quos R. D. D. Gregorius Gallo Prædecessor noster à tota Diœcesi observari iuxta S. Ecclesiæ Romanæ præscriptum, præcepit, hi sunt. (a) Circuncisio Domini, Epiphania, Sebastianus martyr, Vincentius martyr, Purificatio Virginis, Marcus Evangelista, Vincentius Ferrer Confessor, Philippus, & Iacobus Apostoli, Inventio S. Crucis, Transfiguratio Domini, Laurentius martyr, Assumptio B. Mariæ Virginis, Bartholomæus Apostolus, Nativitas B. Mariæ Virg. Matthæus Apostolus, Dedicatio Michaelis Archangeli, Lucas Evangelista, Simon, & Iudas Apostoli, Festum omnium Sanctorum, Andræas Apostolus, Conceptio B. Mariæ, Thomas Apostolus, Nativitas Domini, Stephanus Prothomartyr, Ioannes Apostolus, & Evangelista, Incarnatio Domini, Resurrectio Domini, cum feriis secunda, & tertia subsequentibus, Festum Corporis Domini nostri Iesu-Christi, Festum Pentecostes cum duabus feriis subsequentibus.

Quibus omnibus Nos addimus De-

di-

dicationem, & Consecrationem nostræ Ecclesiæ Cathedralis Oriolanæ, quæ fuit à Nobis facta 14. mensis Iulii, anno Domini M.D.XCVII. quam in toto nostro Episcopatu ab omnibus observari volumus, & stricte præcipimus.

In civitate verò Oriolana hæc festa observanda præcipimus, S. Iosephi Virginis Sponsi, Visitationis virginis Mariæ, Iustæ, & Rufinæ, Abdon & Senen, Dominici, Rochi, Augustini, Gregorii Thaumaturgi, & Angeli Custodis.

In civitate Alicanti S. Veronicæ, Rochi, Sanctissimi Sacramenti miraculum ob incendium Ecclesiæ S. Mariæ, Iosephi, Pontii, Antonii de Padua, Erectionis Collegiatae S. Nicolai Episcopi, quæ fuit à Nobis facta 24. Iulii anno Domini M.DC. Translationis S. Nicolai, & eiusdem diem festum. In oppido de Muchamel S. Mariæ Virg. de Laureto, Veronicæ, & Rochi. In oppido de S. Ioan Veronicæ, Rochi, Cosmæ, & Damiani, Decollationis S. Ioannis, Sanguinis Domini nostri Iesu-Christi, Virginis de Laureto, Pontii, & Iosephi. In

op-

oppido de Agost, Virginis Mariæ ad Nives, Francisci, & Rochi. In oppido de Capdet Rochi, Pontii, Catharinæ, Bernardini, & Iosephi. In oppido de Elig, Decollationis S. Ioannis, & Francisci. In oppido de Monfort Rochi, Pontii, Abdon & Senen. In oppido de Asp, Rochi. In oppido de Albatera Rochi. In oppido de Guardamar eorundem Sanctorum, & Sanctarum festivitates, quæ in Civitate Oriolana observari precipiuntur. In oppido de Crevillent, Rochi. In oppido de Villafranqueza Iosephi, Rochi, & Annæ. In oppido de Almora-di, Iosephi, Cosmæ & Damiani, Sebastiani, & Rochi. Quos omnes dies festos ut observari stricte præciperemus à Nobis prædictarum civitatum, oppidorum, & locorum Iurati, Syndici, & Procuratores supplices postularunt, & efflagitarunt.

(a) *De consecrat. dist. 3. cap. pronuntiandum.*

De

*De casibus Episcopo reservatis.**Cap. LXX.*

CUM gravissimorum delictorum reservationem penes Episcopos esse consonum sit divinæ auctoritati, ut effrenata pestilentissimorum hominum peccandi licentia comprimatur: ideo auctoritate S. Concilii Trid. sess. 14. cap. 7. ut opportunis remediis scelestissima crimina penitus auferri, & exterminari possint, hæc quæ sequuntur peccata, Nobis absolvenda reservamus. Nimirum;

Hæresim, Simoniam, Sacrilegium, Homicidium voluntarium, aut per proditionem factum, aut consilio & favore commissum, Nocturnam per insidias vulnerationem, Nocturnum segetum incendium, Aquarum irriguarum perniciosam, aut fraudulentam aversionem, vel surreptionem, Incestum, cui necessaria esset dispensatio, Parentum percussione, Abortum procuratum, Clan-

Clandestinum matrimonium ; Periurium in iudicio perpetratum ; Concubitum cum bestiis & masculis ; Promotionem ad sacros ordines per falsos testes, aut falsum titulum ; Imposturas & crimina, quæ falso imponuntur presbyteris & Curatis, ut à suo munere deturbentur, cum plebis tumultu & conspiratione in Sacerdotes : Si Notarii pias causas & legata non denuncient : Si fidei vinculo adstricti de matrimonio contrahendo, antequam ex præcepto Ecclesiæ solemniter ritu illud celebretur, una coierint ; Provocationem quamcumque in Confessione.

Applicatio pœnarum in nostris constitutionibus, & statutis in transgressores appositarum.

Cap. LXXI.

IN his constitutionibus, & statutis nostris, atque decretis huius secundæ Diœcesanæ Synodi Oriolanæ, in quibus pœnæ & mulctæ pecuniariæ in vio-

N

la-

latores sancitæ sunt, nec qua ratione distribuendæ illæ sint, declaratur, earum dimidiam partem Sanctæ Cruciatæ applicamus, alteram verò dimidiam partem in opera pia nostro arbitrio distribui volumus.

In his constitutionibus, statutis, atque decretis, in quibus transgressoribus sententiam excommunicationis denunciamus, nisi expresse additum sit, *latæ sententiæ*, eam poenam comminatoriam esse declaramus.

Singulis diebus dominicis, festisque colendis curent Parochi omnes, Rectores, Vicarii, Curati, & alii quicumque presbyteri, penes quos cura animarum est, ut in suis Ecclesiis, ubi maior populi frequentia convenerit, aliquot eorum, quæ ad reformationem morum secularium à Nobis statuta sunt, & decreta, vulgari sermone è suggesto, seu pulpito, clarè & distinctè populo declarent, ut omnes intelligant, quæ cuiusque muneri, & officio incumbant, quæ cavere, & detestari, quæ sequi, & exequi teneantur.

Hor-

Hortamur etiam verbi Dei Concionatores, qui in hac nostra Diœcesi concionandi licentiam à Nobis habent, vel in posterum habituri sunt, ut quoties occasio sese offerat inter concionandum explicandi statuta, à Nobis in hac secunda Synodo Diœcesana facta, & promulgata, eam diligentissimè arripiant, populumque ad illorum observationem verbis, sententiis, rationibus, & exemplis cohortentur, ut discant omnes subditi nostri sectari virtutem, & vitiorum turpitudinè avertari.

In singulis nostris Ecclesiis, ubi Vicarii nostri Foranei, vel Rurales existunt, eos obstringimus, ut studeant, & pro sua virili parte contendant, ut subditi nostri, quæ à Nobis præscripta sunt, fideliter exequantur, & à transgressoribus poenas exigant, ut qui non virtutis amore, formidine tamen poenæ odisse peccata videantur. Quod si quando contigerit, Vicarios nostros abesse, ad id exequendum, antiquiores in Ecclesia teneantur.

In illis verò oppidis & locis, ubi Vi-

N2

ca-

carii Foranei , vel Rurales non sunt, Parochos ad id præstandum obstringimus , iubemusque ut singulis mensibus Nobis denunciarent , num ea quæ statuta sunt à Nobis , debitæ executioni mandentur.

In omnibus nostris Ecclesiis liber sit bene compactus , in quo pœnæ , quæ à transgressoribus exactæ fuerint , describi debent , ut nostris Visitoribus illarum ratio reddi possit.

De Iudicibus , & Examinatoribus Synodalibus.

Cap. LXXII.

SACROSANCTI Conc. Trid. sess. 25. cap. 10. decretum ad unguem observantes , Jacobum Rodriguez de Pisana Decretorum Doctorem , Archidiaconum Alicanti , Ioannem Baptistam Forner , Gabrielem Palma de Fontes Decretorum Doctorem , Canonicos nostræ Ecclesiæ Cathedralis Oriolan. F. Thomam Albero , sacrarum litterarum Professore Priorem Conventus S. Augustini Oriolan.

lan. F. Iacobum Tenza , sacrarum litterarum Præsentatum , Commendatorem Conventus Beatæ Mariæ de Mercede Oriolan. in causis delegandis à Sede Apostolica Iudices Synodales designamus : & iuxta decretum eiusdem Concilii Trid. sess. 24. cap. 18. Ludovicum Perez, Sacræ Theologiæ Magistrum Scholasticum , Iacobum Rodriguez de Pisana Decretorum Doctorem Archidiaconum Alicanti , Petrum Montanyes, Genesium Sanz , Ioannem Treminyo , & Franciscum Perez Collado , Canonicos, Sacr. Theologiæ Doctores, Sebastianum Garcia , sacræ Theologiæ Doctorem, Regium Capellaneum in Ecclesia Cathedrali Oriolan. F. Thomam Albero, sacrarum litterarum Professore Priorem Conventus S. Augustini Oriolan. F. Ioannem Mos , & F. Onuphrium Ferrer sacrarum litterarum Professores, Ordinis Prædicatorum S. Dominici, laudante & approbante Synodo , Examinatores Synodales creamus , & constituimus.

SYNODI

ACCLAMATIONES.

ARCHIDIACONUS.

Misericordiarum & pietatum fonti
Deo Patri Domini nostri Iesu-
Christi honor perpetuus, immensa glo-
ria, & laus perennis.

CLERUS.

Ineffabilis sit gratiarum actio Regi
sæculorum. Amen. Amen.

ARCHIDIACONUS.

Beatissimo Domino nostro Clementi
VIII. Pontifici Max. Iesu-Christi in ter-
ris Vicario, B. Petri Apostolorum Prin-
cipis successori, veræ pietatis, & disci-
plinæ obedientia, populorum pax, &
diuturna prosperitas.

CLE-

CLERUS.

Sanctissimum Dominum nostrum
Clementem universalis Ecclesiæ Recto-
rem, veritatis, & fidei lumen, diutis-
simè conserva Domine.

ARCHIDIACONUS.

Potentissimo Regi nostro Philippo
III. Pio, Catholico, Maximo, Pacifico,
Fidei propugnatori & defensori, pacis
foecunditas, & contra hostes Fidei vic-
toria.

CLERUS.

Rex Regum Philippum Regem, ac
Dominum nostrum, pacis, fidei iusti-
tiæ conservatorem custodi, & fac illum
hostium omnium audaciam proterere.

ARCHIDIACONUS.

Reverendissimo D. Iosepho Stephe-
no Episcopo nostro, vigilantia super
gregem, constantia in laboribus, &
salus animæ & corporis.

CLE-

CLERUS.

Dominus dirigat gressus Pastoris nostri, & eum benedictionibus supercœlestibus cumulare dignetur.

ARCHIDIACONUS.

Omnibus Presbyteris, qui Synodo interfuerunt, pium studium, ad virtutem ardor, & pietatis constantia.

CLERUS.

Da nobis Domine te ipsum amare, & à te numquam discedere.

ARCHIDIACONUS.

Huic florentissimæ urbi, & Diœcesi Oriolanæ tranquillitas, salus, & diuturna rerum abundantia.

CLERUS.

Respice Domine populum tuum, & Angelum exterminatorem ab eo expelle.

ARCHIDIACONUS.

Omnibus sæcularibus personis, ve-
ri-

ritatis studiosis religionis zelus , fidei prosperitas , & obedientiæ fructus.

CLERUS.

Fac eos Domine in beneplacito populi tui , visita eos in salutari tuo.

ARCHIDIACONUS.

Virtutum , & morum reformationem in hac venerabili Synodo præscriptam sequamur.

CLERUS.

Pollicemur , libenter amplectimur , sponte sequimur.

ARCHIDIACONUS.

Vitiorum expulsio , & peccatorum exterminatio.

CLERUS.

Expulsio , & exterminatio scelerum , nova vita , novi mores.

ARCHIDIACONUS.

Decretorum observantiam à Deo omnium largitore imploremus , & à Beatissima Virgine Maria Deipara , cum
Bea-

Beatis huius urbis Tutricibus Iusta, &
Rufina Sanctissimis Virginibus.

CLERUS.

Postulemus, flagitemus, imploremus.
Fiat, fiat. Amen. Amen.

Iosephus Episcopus Oriolanus.

De dicti Reverendissimi Domini
mei Episcopi mandato

*Antonius Tari, Notarius,
& Secretarius Synodi.*

INDEX CAPITUM

Secundæ Synodi Diœcesanæ
Oriolanæ.

- L**itteræ Indictionis Synodi II.
Oriolanæ. fol. 1.
- De modo studiosè vivendi in Syno-
do. fol. 9.
- Professio Fidei. fol. 15.
- De receptione S. Concil. Trid. Pon-
tificialis Rom. & aliarum Littera-
rum Apostolicarum. Cap. I. fol. 21.
- De personis, quæ fidem profiteri te-
nentur. Cap. II. fol. 24.
- Qui doctrinam Christianam docere,
qui memoriter tenere debeant.
Cap. III. fol. 26.
- Parochi Morischorum diligentem ope-
ram in eorum conversionem impen-
dant. Cap. IV. fol. 28.
- Ne sacrum Baptismi vas sit fictile,
aut luteum. Cap. V. fol. 30.
- Ad sacramentum Baptismatis Patri-
ni, salem, cereos, & alia necessa-
ria adferre debent. Cap. VI. fol. 32.
- Ut

- Ut singulorum, qui confirmantur, singuli sint susceptores. Cap. VII. fol. 34.
- Ne in privatis oratoriis Missæ recitentur. Cap. VIII. fol. 35.
- De iis, qui iurgiorum occasione altaria nudant, aut Ecclesiastica officia perturbare præsumunt. Cap. IX. fol. 36.
- Pro Eleemosyna Missæ tres solidi conferantur, & quo pacto Missæ distribui debeant. Cap. X. fol. 38.
- De reductione Missarum, & de aliis piis Ecclesiæ obsequiis. Cap. XI. fol. 41.
- Ne una die plures Missæ defunctorum decantentur. Cap. XII. fol. 47.
- De vigiliis B. Mariæ Virginis. Cap. XIII. fol. 48.
- Ne imagines Sanctorum profano cultu ornentur. Cap. XIV. fol. 51.
- De concionibus, quæ singulis diebus dominicis, & festivis haberi debent. Cap. XV. fol. 52.
- Adversus eos qui dies dominicos, ac festos colendos non observaverint. Cap. XVI. fol. 55.
- De Missa B. Rochi tempore pestis
sin-

singulis feriis tertiis celebranda.

Cap. XVII. fol. 56.

De Missa matutinali instituenda.

Cap. XVIII. fol. 57.

*De pœnis adversus presbyteros tam
seculares, quàm regulares, si fe-
minas in confessione provocaverint,*

*Et de eius delicti remediis. Cap.
XIX. fol. 60.*

*Confessores nullam pecuniam intuitu
confessionis recipiant. Cap. XX. fol. 68.*

*Confessores nisi consulto Et matu-
ro consilio absolutionem peccato-
rum pœnitentibus ne impertiant.*

Cap. XXI. fol. 69.

*Eucharistiam ad ægrotos noctu de-
ferre, quando liceat. Cap. XXII. fol. 72.*

*Cum Eucharistia deferenda erit, sex
eam clerici comitentur. Cap. XXIII. 74.*

*In Ecclesiis nihil inhonestum, aut
indecens fieri debet. Cap. XXIV. fol. 75.*

*Clerici in sacristia Et Ecclesia otio-
sa colloquia, Et confabulationes ne
misceant. Cap. XXV. fol. 79.*

*De Eleemosynis ad pauperum vere-
cundorum egestatem sublevandam.*

Cap.

- Cap. XXVI. fol. 81.
 De Eleemosynarum distributione.
 Cap. XXVII. fol. 83.
 Quæ à præfectis, vel administratoribus Hospitalis Oriolanæ civitatis præstanda. Cap. XXVIII. fol. 86.
 Qui ad Sacramentum Extremæ unctionis vocari debeant. Cap. XXIX. fol. 90.
 De piis defunctorum voluntatibus exsequendis. Cap. XXX. fol. 91.
 Parochi intra limites suæ Parochiæ resideant. Cap. XXXI. fol. 98.
 Ne cadavera occisorum noctu, clam, & ex occulto sepeliantur. Cap. XXXII. fol. 101.
 Ne clerici, cuiuscumque dignitatis sint, secularia negotia pertractent. Cap. XXXIII. fol. 102.
 Ne clerici noctu arma gestent. Cap. XXXIV. fol. 105.
 Ne clerici aleatores sint. Cap. XXXV. fol. 106.
 De habitu clericorum. Cap. XXXVI. 108.
 De habitu secularium, qui Choro inserviunt. Cap. XXXVII. fol. 109.

De

- De concubinariis tollendis. Cap. XXXVIII. fol. 111.*
- Ne feminae, & aliae seculares personae in Ecclesiis noctu pervigilent, aut integro die orationis occasione persistant. Cap. XXXIX. 118.*
- Ne meretrices iuxta Ecclesias, aut Scholas publicas vivant. Cap. XL. 120.*
- De ritu canendi in Choro. Cap. XLI. 122.*
- De disciplina & silentio Chori. Cap. XLII. fol. 124.*
- Quo ordine processiones fieri debeant. Cap. XLIII. fol. 128.*
- Ne Capitulum habeatur, quo tempore divina celebrantur officia. Cap. XLIV. fol. 130.*
- Quo pacto coadiutores approbari debeant. Cap. XLV. fol. 133.*
- Quando in funeribus ducendis nocturna dicenda sint, & stationes permittendae. Cap. XLVI. fol. 134.*
- Ecclesiam Parochialem S. Salvatoris in Cathedrali sitam caeteris praeferendam esse. Cap. XLVII. fol. 136.*
- Pagi & rura extra civitatem Oriolanam sita tribus eiusdem Parochiis*

assignantur. Cap. XLVIII. fol. 138.

Ex omnibus terræ fructibus integræ
decimæ, & nulla interposita mora
persolvendæ sunt. Cap. XLIX. fol. 139.

Domini temporales, in quacumque di-
gnitate constituti sint, colere de-
bent omnes Christi Sacerdotes.

Cap. L. fol. 142.

Quæ efficere debeant confraternitatis
nobilium alumni. Cap. LI. fol. 145.

Confratres ne in rebus ludicris, aut
tormentis emittendis pecunias ex-
solvant. Cap. LII. fol. 146.

De iis, qui ad titulum patrimonii or-
dinandi sunt. Cap. LIII. fol. 148.

Ordinibus initiati quo tempore Eu-
charistiam sacram sumere debeant.

Cap. LIV. fol. 151.

De aris portatilibus. Cap. LV. fol. 152.

De illis, qui ante matrimonium se
carnaliter polluunt. Cap. LVI. fol. 153.

Ne nuptiales benedictiones alio in lo-
co, quàm in propria Parochia den-
tur, nec coniuges ante benedictio-
nem cohabitare permittantur. Cap.

LVII. fol. 155.

De

- De reverentia , qua Sacramentum
Matrimonii colendum est. Cap.
LVIII. fol. 157.
- Quæ facere debeant Ecclesiastica-
rum fabricarum administratores.
Cap. LIX. fol. 160.
- Quæ pro institutione suæ familiæ pa-
terfamilias curare debeat. Cap.
LX. fol. 163.
- Parentes , mariti , & heri curent di-
ligenter , ne filiæ suæ , uxores,
& ancillæ privatas in domos ad-
choreas ducendas accedant. Cap.
LXI. fol. 165.
- Matres filias suas ad nuptias mini-
me ducant. Cap. LXII. fol. 167.
- Cantilenæ turpes ne in republica per-
mittantur. Cap. LXIII. fol. 168.
- Ne cauponæ , & Stabularii mere-
trices in suis diversoriis habeant.
Cap. LXIV. fol. 169.
- Ne incantationibus , aut aliis su-
perstitiosis precibus medicina fiat.
Cap. LXV. fol. 171.
- Quæ observare debeant mulieres de-

- votæ confraternitatis S. Lucie
Oriolan. Cap. LXVI. fol. 172.
- De congrua portione Vicariis assignanda. Cap. LXVII. fol. 175.
- De procuratione visitatorum. Cap. LXVIII. fol. 177.
- Qui dies festi in hac Diœcesi Oriolana colendi sint. Cap. LXIX. fol. 179.
- De casibus Episcopo reservatis. Cap. LXX. fol. 184.
- Applicatio pœnarum in nostris constitutionibus, & statutis in transgressores appositarum. Cap. LXXI. fol. 185.
- De Iudicibus, & Examinatoribus Synodalibus. Cap. LXXII. fol. 188.
- Acclamations Synodi. fol. 190.

FINIS.

INDEX RERUM OMNIUM
quæ in secunda Synodo Oriolana continentur.

A

Administratores Hospitalis Oriolan.
 à quibus præfici debeant 86.

Administratores munus. 87.

Administratores Hospitalis singulis annis
 rationem reddant cum solutione de-
 biti. 88.

Administratores fabricarum quo tempo-
 re eligendi. 160.

Administratores fabricarum, maiori cum
 consensu Parochianorum, fructus ven-
 dant. 161.

Administratores fabricarum si intra men-
 sem rationem non reddant, ab Epis-
 copo compelli possunt. 162.

Amatoria dicta, notæ, & gesticulatio-
 nes ab Ecclesiis arceantur. 76.

Anniversariorum eleemosyna quæ. 43.

Anniversaria & Missæ perpetuæ in al-
 bum referantur. 46.

Arae quæ de novo consecrandæ. 152.

B

Beneficiorum, & Capellaniarum onera
qua ratione imminuenda. 43.

Beneficiorum & capellaniarum dos qui.
ibid.

Beneficiati quæ præstare debeant. 44.

Beneficiorum capibrevium decimo quin-
to quoquo anno conficiatur. 45.

C

Campanæ signum detur, cum à carni-
bus abstinendum erit. 49.

Campanæ signum detur albescente die,
meridie, & vespere. 50.

Campanæ signum detur, cum animæ
Purgatorii fidelium suffragiis iuvan-
tur. ibidem.

Campanæ signo bis dato omnes Curati
ad Ecclesiam concurrant. 99.

Canonicus Vicarius generalis esse po-
test. 132.

Cantilenæ turpes, & vulgares ab Eccle-
sia arcentur. 76.

Cantus in Choro qui. 122.

Capitulum quo tempore cogendum. 131.

Capitulum Sede plena litteras testimo-
nia-

- niales de moribus & vita nulli concedat. 132.
- Capitulum Cathedralis in funeribus propriam Crucem deferat. 137.
- Capitulo ne interdicatorum qui aliorum vota non probat. 131.
- Carnium abstinentia in omnibus vigiliis B. M. indicitur. 49.
- Cauponæ domi suæ meretrices permittententes ab Ecclesia arceantur. 170.
- Census Ecclesiastici qua ratione onerari, vel exonerari debeant. 44.
- Census & bona Hospitalis à nullo alienari possunt. 86.
- Census fabricis impositi redimendi sunt. 161.
- Censuum, qui exonerantur, pecuniæ penes quos esse debeant. 44.
- Cerei in Baptismate accensi Ecclesiæ addicuntur. 32.
- Chori modestia & disciplina quæ. 124. & 125.
- Chori præfectus quæ præstare debeat. ibidem.
- Chori silentium. 125.
- Choro seculares interdicuntur. 80.
- Cle-

- Clerici infirmi ad funus ducendum alios sui loco designare possunt. 46.
- Clerici cadaver ne comittentur antequam clausula piorum legatorum tradatur. 92.
- Clerici ab omni famulatu laicorum abstineant. 102.
- Clerici coram Iudice seculari absque licentia nulla negotia tractent. 103.
- Clerici ne feminarum asseclæ sint. ibid.
- Clerici lenocinium facientes quibus pœnis subiaceant. 104.
- Clerici habitu coloribus variegato ne utantur. 105. & 108.
- Clerici cum armis deprehensi spolientur. ibidem.
- Clerici ludos omnes prohibitos fugiant. 106.
- Clerici vestibus clericalibus induantur. 108.
- Clerici tonsuram habeant conspicuam. ibidem.
- Clerici pileum dum taxat gestent. ibid.
- Clerici concubinariii concubinas dimittant. 115.
- Clerici concubinas non dimittentes quibus

- bus poënis puniendi. *ibidem.*
- Clerici filios suos domo expellant. 116.
- Clerici quas mulieres in suum famulatum recipere debeant. 117.
- Clerici incantatores, vel ligaturas facientes ab Ecclesia arcentur. 171.
- Coadiutores qui eligendi. 133.
- Coadiutorum aprobatio qua ratione fieri debeat. 134.
- Comessationes in Ecclesiis prohibentur. 77.
- Concilium Tridentinum recipitur. 21.
- Concilium Provinciale Valentinum qua ratione recipiatur. *ibidem.*
- Conciones in omnibus Ecclesiis diebus dominicis & festivis habeantur. 53.
- Conciones multo iam vespere ne habeantur. 54.
- Concionatoribus solatia unde præbenda sint. *ibidem.*
- Concionatores inter concionandum exponant populo statuta Synodi II. Oriolan. 187.
- Confessores & concionatores fidem profiteantur. 24.
- Confessores poenitentes non absolvant, qui

- qui Doctrinam Christianam memori-
ter non tenent. 27.
- Confessores filias suas provocantes qui-
bus pœnis subiaceant. 64.
- Confessores in excipiendis feminarum
confessionibus qua ratione se gerere
debeant. 65.
- Confessores quo habitu excipere de-
beant confessiones. 66.
- Confessores regulares à suis Provincia-
libus litteras testimoniales habeant.
67.
- Confessores inter confitendum nulla mu-
nuscula recipiant. 68.
- Confessores quando absolutionem dif-
ferre, vel quibus denegare debeant.
69.
- Confessores non absolvant testamenta-
rios curatores, si intra annum pias
defunctorum voluntates non fuerint
executi. 94.
- Confessiones feminarum in privatis do-
mibus qua ratione excipiendæ. 64.
- Confraternitatis nobilium munus. 145.
- Confraternitatum pecuniæ quibus in re-
bus expendendæ. 147.

Con-

- Constitutiones quæ revocentur. 22.
- Constitutiones iurandæ non sunt, nisi prius legantur. 23.
- Constitutiones damnosas nullus iuret, & ad id cogentes, qua ratione puniendi. ibidem.
- Crux in Processionibus numquam descendenda. 129.
- D**
- Deambulationes ab Ecclesiis arceantur. 76.
- Decimæ qua ratione, ex quibus fructibus, & qua mensura persolvendæ sint. 139. & sequent.
- Decimæ ex terræ purgamentis debentur. ibid.
- Decimæ ex spicis, & his quæ iterum teruntur, debentur. ibid.
- Defuncti nomen & pia illius legata post elapsam mensem ad Episcopum transmittantur. 93.
- Defunctorum piæ voluntates intra annum exsequendæ. ibid.
- Devotarum mulierum S. Lucie Oriol. munus. 172.
- Diaconi bis in mense Eucharistiam sumant. 151.
- Do-

Dominicis, & festivis diebus nihil servile faciendum. 55.

Dominicis & festivis diebus Agricolis, & Furnariis licentia seminandi & coquendi quando concedenda. *ibid.*

Dominicis & festivis diebus mensæ apparatus prohibentur. 170.

Domini temporales ne cogant Ecclesiasticos ad servilia obsequia. 143.

E

Ecclesiarum ostia ante Solis occasum occludantur. 118.

Ecclesiastici fugiant vana colloquia in Ecclesiis. 79.

Ecclesiastici servilia obsequia obeuntes puniendi. 143.

Eleemosynæ pauperum verecundorum à quibus colligendæ, & distribuendæ. 82.

Eleemosynæ quo tempore in Ecclesiis colligendæ. 84.

Eleemosynæ si in genere, nec ulli certo loco pio destinatæ relinquuntur, tertia illarum pars defuncti Parochiæ conferatur. 95.

Eleemosynæ pauperibus verecundis reli-

licitæ Parochi consilio distribuuntur.
96.

Eleemosynas mendicantes sanctorum
imagines ne gestent. 85.

Eucharistia quando nocte deferri liceat.
73.

Eucharistiam sumendi tempus Medici
ægrotis præscribant. *ibid.*

Eucharistiam comitantibus quæ eleemo-
syna conferenda. 74.

Eucharistiam comitari recusantes quibus
emolumentis priventur. 75.

Exalmatorum preces supersticiosæ prohi-
bitæ. 171.

Examinatores Synodales qui. 189.

Excommunicatio quando incurratur.
186.

F

Feminæ confessores suos provocantes
quibus pœnis subdantur. 64.

Feminæ qua ratione adloqui debeant Sa-
cerdotes. 65.

Feminæ communicaturæ ad gradus su-
periores Altaris ne admittantur. 67.

Feminæ à viris seiungantur in Ecclesiis.
77.

Fe-

- Feminæ à viris seiunctæ comitentur processiones. 78.
- Feminæ nullo prætextu integro die in Ecclesiis persistent. 119.
- Feminæ post puerperium ad suas Ecclesias Parochiales accedant. 156.
- Feminarum ingressum in Ecclesias impediētes excommunicantur. 119.
- Festi dies in Civitate Oriolan. servandi. 182.
- Festi dies in Civitate Alicanti servandi. ibidem.
- Festi dies in oppido de Muchamel servandi. ibid.
- Festi dies in oppido de S. Ioan. servandi. ibid.
- Festi dies in oppido de Agost servandi. 183.
- Festi dies in oppido de Caüdete servandi. ibid.
- Festi dies in oppido de Elig servandi. ibidem.
- Festi dies in oppido de Monfort servandi. ibid.
- Festi dies in oppido de Asp servandi. ibidem.

Festi dies in oppido de Albatera servandi. *ibid.*

Festi dies in oppido de Guardamar servandi. *ibid.*

Festi dies in oppido de Crevillent servandi. *ibid.*

Festi dies in oppido de Villafranqueza servandi. *ibid.*

Festi dies in oppido de Almoradi servandi. *ibid.*

Fructus collecti statim denunciarentur præfecto Granarii. 141.

H

Hebdomadarii muneri suo numquam desint. 99.

Heri ancillas suas saltationibus interesse non permittant. 166.

Histriones & Mimi in Ecclesiis repræsentare prohibentur. 76.

Hymni & Psalmi tam in egressu processionum, quam in regressu cænendi.

129.

I

Imagines indecenter ornatae ab Altaribus amoveantur. 51.

Imagunculis, quas Tityres dicimus, Christi

sti

sti Domini gesta nullibi repræsententur. 52.

Incantationes omnino prohibentur. 171.

Incestuosi puniendi. 155.

Inventarium omnium bonorum Hospitalis Oriolan. singulis annis conficiatur.

87.

Iudex piarum causarum constituitur. 93.

Iudices seculares caveant ne quid scandali oriatur, dum qui ad Ecclesiam confugerunt, sub utraque iurisdictione continentur. 100.

Iudices Synodales qui. 188.

L

Lecti in Ecclesiis ne sternantur. 119.

Liber baptizatorum, confirmatorum, & coniugum à nullo extrahatur ex Archivio 35. qui in omnibus Ecclesiis esse debet. 179.

Liber Beneficiorum in Archivio custodiatur. 45.

Liber Eleemosynarum in omnibus Ecclesiis habeatur. 84.

Liber defunctorum, & piorum operum in omnibus Ecclesiis sit. 92. & 179.

Liber rationum in Confraternitatibus habeatur. 146. & 179.

Li-

Liber visitationum, & mandatorum in omnibus Ecclesiis habeatur. 179.

Liber censuum & reddituum in omnibus Ecclesiis habeatur. ibidem.

Liber patinarum eleemosynariarum sit. ibidem.

Liber mulctarum sit in omnibus Ecclesiis. 188.

Litaniae in res impudicas contorquentes puniantur. 159.

M

Macella in vigiliis B. Mariae ne aperiuntur. 49.

Magistri tenerae iuventutis fidem profiteantur. 25.

Magister caeremoniarum in omnibus Ecclesiis designatur. 125.

Magistri caeremoniarum munus. ibid. & 126.

Magistratus seculares ne permittant meretrices iuxta Ecclesias, aut Scholas vivere. 120.

Magistratus seculares publicas ignominias & scandala cohibeant. 159.

Magistratus seculares saltationes prohibeant. 167.

Ma-

Magistratus seculares cantilenas turpes prohibeant. ibidem & 169.

Mariti uxoribus suis saltationes interdiciant. 166.

Matres filias suas à nuptialibus choreis abducant. 168.

Meretrices iuxta Ecclesias, aut Scholas minimè vivant. 120.

Meretrices in diversoriis vel ganeis non permittantur. 170.

Missæ in eremitoriis vel privatis oratoriis ne recitentur. 35.

Missæ sacrificium, iurgiorum occasione, ne impediatur. 37.

Missæ privatæ eleemosyna quæ sit. 39.

Missæ votivæ, solemnis, nuptialis, & defunctorum eleemosyna quæ. ibid.

Missæ omnes deferantur Capsoverio, vel Rationali. ibid.

Missæ qua ratione describendæ, & dispensandæ. 45.

Missæ ab his solum describantur qui eas recitaverint. 40.

Missæ residuæ à nullo distribui possunt. 39.

Missæ residuæ in anniversaria, vel distri-

- stributiones quotidianas reducuntur. 41.
- Missæ defunctorum plures eodem die ne decantentur, sed earum loco aliæ privatæ dicantur. 47.
- Missæ defunctorum diebus dominicis & festivis ne decantentur. 48.
- Missæ conventuales in omnibus Ecclesiis, singulis diebus decantentur. *ibid.*
- Missa B. Rochi omnibus tertiis feriis in singulis Ecclesiis tempore pestis celebranda. 57.
- Missa matutinalis & hora undecima dicenda instituitur. 58. & 59.
- Missæ matutinali quinam interesse debeant. 58.
- Missas audire cogantur pauperes. *ibid.*
- Missarum tertia pars Parochiæ defuncti applicetur, cum omnes Missæ extra Parochialem dicendæ relinquuntur. 95.
- Missæ nuptiales post ortum Solis dicantur. 156.
- Morischi Doctrinam Christianam memoria minime tenentes matrimonio iungendi non sunt absque licentia Episcopi. 28.

Morischi sex Missas pro suis animabus relinquant. 97.

Morischi suis Rectoribus ædes extruant. 99.

Mulctæ pecuniariæ quibus piis operibus applicandæ sint. 186.

N

Negotiationes ab Ecclesiis arceantur. 70.

Nocturna quando in funeribus dicenda. 135.

Nocturnorum eleemosyna quæ. ibid.

Nocturnorum eleemosynam qui lucrari possint. ibid.

Notarii nullas protestationes, vel instantias faciant in Ecclesiis, dum officia celebrantur. 37.

Notarii clausulam piorum operum præbere debent. 93.

Notarii absque præsentia Parochi testamenta Morischorum ne excipiant. 97.

Nuncii nullos clericos citent in Ecclesiis vel ibi capiant, dum officia celebrantur. 37.

Nuptiales benedictiones in Ecclesia Parochiali dentur. 155.

- O**
- Occisorum cadavera Christiana pompa sepeliantur. 101.
- Occisorum cadavera clam sepelientes, vel ad id consilium, & auxilium præbentes quibus poenis subiaceat. 102.
- Onera nulla imponenda confraternitatum alumnis. 147.
- Ordinati ad titulum patrimonii Ecclesiæ cui addicti sunt, inserviant. 149. & quæ præstare debeant. 150.
- Ordines sacros suscepturi canere sciant. 150.

Ordinibus sacris initiati clericalibus vestibus induantur. *ibid.*

Ordinibus minoribus initiati quoties in anno Eucharistiam sumere debeant. 151.

P

Pagi & rura quibus Ecclesiis assignentur. 138.

Panis benedictus in foribus Ecclesiarum distribuatur. 81.

Panis benedictus Morischis tribuatur. *ibidem.*

Parentes filias suas saltationibus inte-

- resse non permittant. 166.
- P**arentes cantilenas turpes filios suos canere non sinant. 168.
- P**arochi diebus Dominicis & festivis Doctrinam Christianam doceant. 26.
- P**arochi admoneant Patrilos quam cognationem in baptismo contraxerint. 33.
- P**arochi cogant pannosos homines Missis interesse, & statis temporibus confiteri & Eucharistiam sumere. 59.
- P**arochi quorum confessiones prius audire debeant. 71.
- P**arochi munus tempore quadragesimæ. ibidem.
- P**arochi quibus in locis testamentarii curatores esse possint. 96.
- P**arochi deferant Episcopo impedimenta, quibus defunctorum piæ voluntates impediuntur. ibid.
- P**arochi & curam animarum gerentes intra limites Parochiæ resideant. 98.
- P**arochi visitent infirmos suæ Parochiæ. ibid.
- P**arochi denuncient Episcopo quoniam in sua Parochia cum scandalo vivunt. 99.
- Pa-

- Parochi studeant ne aliquis tumultus excitetur, vel quidpiam indecens fiat ab his qui ad Ecclesiam confugerunt. 100.
- Parochi denunciationes ne remittant. 157.
- Parochi matrimonii Sacramento semper adsistant. *ibid.*
- Parochi diebus Dominicis & festivis populo exponant statuta Synodi II. Oriolan. 187.
- Parochialis S. Salvatoris Oriolan. cæteris præferatur. 136.
- Parochialis in sua ditione quibus præferatur. 137.
- Parochiæ duæ, si à defuncto eligantur, per turnum designandæ sunt. *ibid.*
- Parochiani Parochos suos nullis calumniis perturbent. 144.
- Patrimonium ordinandorum ad eius titulum, quale. 148.
- Patrimonium confingentes, vel plus iusto æstimantes, excommunicantur. 149.
- Patrini qui designandi in baptismo. 33.
- Patrini Morischorum qui. *ibid.*

Pa-

- Patris familias munus. 163.
- Patroni Capellarum curent illarum nitorem. 162.
- Personati habitu clericali ne induantur. 109.
- Pluvialia gestantes quam eleemosynam lucrentur. 136.
- Pontificale Romanum Clementis VIII. recipitur. 22.
- Presbyteri solum advocandi ad extremam unctionem. 90.
- Presbyteri in Ecclesiis non residentes qua ratione puniendi. 150.
- Presbyteri non celebrantes decimoquinto quoquo die communicent. 152.
- Processionale, sive Ordinarium Valent. servandum. 22.
- Processionum modestia & ordo qui. 128.
- Provisi de canonicatibus fidem profiteantur. 25.
- Pueri confirmandi ætas quæ. 34.
- Punctatoris munus. 127.
- Q
- Quinam bis præfici possint Hospitali. 87. & 89.
- Qui secundo matrimonio iunguntur, irrideri non debet. 158. Qui

Qui res turpes in publicis locis vel de-
pingunt, vel scribunt, puniendi. 159.
Quí casus Episcopo reserventur. 184.

R

Rectores, Curati, & Vicarii fidem pro-
fiteantur. 25.

Rectores neminem admittant in suis Ec-
clesiis ad confitendum, vel concio-
nandum, nisi noverint illos fidei pro-
fessionem emisisse. *ibid.*

Rectores, Curati, Rationales, & Cap-
soverii singulis annis Visitoribus de-
nuncient numerum Missarum residua-
rum. 42.

S

Sacerdotes choreis nuptialibus interes-
se non debent. 156.

Sacristia nullis vanis colloquiis pertur-
betur. 80.

Sacristia laici interdicuntur. *ibid.*

Saltationes diebus Dominicis & festivis
prohibitæ. 166.

Sceptra deferentes quam eleemosynam
lucrentur. 136.

Sedilia propria singuli in choro occu-
pent. 126.

Se-

Sepulcrum gloriosum in maiori hebdomada quibus in Ecclesiis extruendum. 162.

Sponsi ante benedictionem nuptialem cohabitare non possunt. 154.

Sponsi, qui se ante matrimonium communicant, puniendi. *ibid.*

Sponsi intra mensem benedictiones nuptiales suscipiant. 156.

Sponsi triduo ante susceptionem nuptialium benedictionum sacram Eucharistiam sumant. 158.

11. Item mandamos, que para mayor seguridad del dinero del Clero, y de las administraciones de él, en todas las Iglesias que huviere aparejo para ello, se tenga una arca con tres cerraduras diferentes, de la qual tenga una llave el Vicario, Rector, ó Cura, y las otras dos Clerigos, los quales se nombren clavarios, estos tengan à su cargo el dinero que se pondrá, y sacará de dicha arca, teniendo dentro de ella el libro donde se noten las entradas, y salidas.

12. Item mandamos, segun está dispuesto en nuestra Sínodo cap. 11. que en cada una Iglesia de nuestro Obispado haya una tabla donde estén asentadas todas las Capellanías, y las obligaciones de aquellas, y todas las Misas perpetuas de la Iglesia, y por la dicha tabla se haga cada un año el cargo de las Misas, que se han de hacer decir en aquel año: y de alli se asienten todas en el libro del Racional, para que no se dexen de celebrar por descuido. La qual tabla esté en lugar público, y pa-
ten-

tente , donde todos vean si alguna cosa falta por asentar , y la advierta al Archivero , à cuyo cargo , y del Rector, y Vicario esté hacer dicha tabla, y asentar en ella las Capellanías , y Misas , que por tiempo se dexan en dichas Iglesias. Y asimismo se harán otras dos tablas una de Aniversarios , y otra de doblas.

13. Item mandamos , que tengan cuidado los Archiveros de que los Capellanes , y Beneficiados , que de nuevo entraren , y tomaren posesion de sus Capellanías , y Beneficios , hagan cabrear , y cabreen sus rentas , so las penas contenidas en nuestra Sínodo cap. 11. y los tales cabreves los pongan , y guarden en sus Archivos.

*ESTATUTOS , Y ORDINACIONES
para el Clero de cada una de las nuestras
Iglesias de nuestro Obispado , y del orden
que han de guardar en juntas , y
congregaciones.*

1. **P**Rimeramente estatuímos , ordenamos , y mandamos , que de
de

de las cosas de las Iglesias que estuvieren à cargo del Clero , no pueda ningun particular ordenar ni disponer de ellas sin la determinacion , y orden del Clero junto , ú de la mayor parte ajuntada capitularmente , y para tener Cabildo se hayan de congregarse à son de campana.

2. Item mandamos , que en oyendo la campana , ò siendo convocados particularmente , hayan de acudir à Cabildo , so pena de dos reales ; el qual se ha de tener à lo menos una vez cada mes , y en él se trate del aumento del culto Divino , y de la administracion de las rentas , teniendo siempre delante los ojos à Dios nuestro Señor , y encaminando las cosas para su santo servicio , sin intereses , ni pasiones propias , ni de otros.

3. Item mandamos , so pena de excomunion mayor , que los que asistieren en dicho Capitulo , ó Congregacion , en ninguna manera revelen las cosas que en ella se trataren , ni digan lo que los singulares votaren , ó sintieren , pues
de

de ello puede resultar muchas veces algun perjuicio á la Iglesia , ò à los singulares de ella.

4. Item mandamos , segun está dispuesto en nuestra Sínodo cap. 10 y 11. que ninguna persona pueda cobrar pensiones , rentas , percances , ni qualquiera otra cosa tocante al Clero , sino solas las personas diputadas para esto , so pena de pagar al doble todo aquello que havrá cobrado.

5. Item , mandamos à los Vicarios Foraneos si estuvieren en las Villas , ó Lugares donde los huviere , hayan de convocar à Cabildo cada primero dia de mes , y faltando ellos , lo convoque el mas anciano Clerigo , el qual presidirá , advirtiéndolo por qué se ha de convocar , si no fuere algun negocio secreto , que importare el no revelarlo hasta estar todos juntos. Y asimesmo mandamos , que esté obligado à convocarle el Presidente , siendo requerido por la mayor parte del Clero.

ES-

*ESTATUTOS , Y ORDINACIONES
para los Vicarios Foraneos , Rectores,
y Curas de nuestro Obis-
pado.*

I. **P**Rimeramente estatuímos , y mandamos à todos los Vicarios Foraneos , Rectores , y Curas de nuestro Obispado respectivamente , en virtud de santa obediencia , so pena de excomunion mayor , y otras à Nos reservadas , que toque , y pertenezca à todos en general , y à cada uno en particular observar , y hacer , que con todo efecto se observen , y guarden todos los Estatutos , Ordinaciones , y mandatos hechos en nuestra Sínodo segunda. A los quales damos comision bastante para que puedan mulctar , y executar libremente à todos los que contravinieren. La qual comision queremos que tengan asimesmo , faltando los Vicarios , y Rectores , los Curas , y faltando éstos , los Clerigos , que conforme su antigüedad presidieren , ò la

per-

persona , ó personas por Nos diputadas , à las quales encargamos sus conciencias.

2. Item, mandamos à todos los Rectores , y Curas de nuestro Obispado, que tengan su habitacion , y morada cerca de las Iglesias , segun está dispuesto en nuestra Sínodo cap. 31. Y que en la administracion de Sacramentos , y en lo demás que tocare à sus oficios , cargos , y obligaciones se lleven con la caridad christiana , y con la curiosidad , y diligencia que son obligados ; y en particular asistan con mucha frecuencia à sus Iglesias , principalmente en los dias de Domingo , y Fiestas, Adviento , y Quaresma. Y estén en sus Iglesias con mucha continuidad , oyendo de confesion à los que acudieren. Lo que tambien encargamos à todos los que para ello tuvieren expresa licencia nuestra , segun está dispuesto en varios capitulos de nuestra Sínodo.

3. Item mandamos , en virtud de santa obediencia , à todos los Curas de nuestro Obispado , que la semana que les tocare la administracion de Sacramen-

mentos, no puedan salir de la Ciudad, Villa, ó Lugar, segun está ordenado en la nuestra Sínodo cap. 31. y siempre que por alguna grande necesidad salieren, hayan de dexar las llaves, y administracion encomendada à otro Cura, ó Clerigo que para ello tuviere nuestra licencia, por el peligro que puede haver en esto. Lo qual hagan, y cumplan, so las penas à Nos reservadas. Lo mismo mandamos à los Sacristanes, que tocadas las Ave Marias no salgan de las Iglesias.

4. Item, mandamos à los Rectores, y Curas, que todos los Domingos, y Fiestas de guardar enseñen à los Niños la Doctrina Christiana con mucho amor, so las penas contenidas en la 2. Sínodo cap. 3. por cada vez que faltaren. Y tambien mandamos que se guarde, y cumpla en los Lugares de los Christianos nuevos todo aquello que por nosotros fue ordenado en el principio de la predicacion.

5. Item, mandamos à los Curas, que no serán semaneros, que no se es-

CU-

cusen de hacer su oficio , por ocasion que no están obligados à servir en aquella semana , sino que se ayuden unos à otros en quanto pudieren ; à los quales mandamos , que siempre que dos veces hiciere señal la campana , llamando algun Cura , acudan todos luego , y segun está dispuesto en nuestra Sínodo cap. 31. asistan à ayudar à bien morir à todos sus feligreses , so pena de cinco sueldos por cada vez que en esto faltaren.

6. Item , mandamos à todos los Vicarios , Rectores , y Curas , segun está dispuesto en nuestra Sínodo , que no permitan que en ninguna Hermita sujeta à sus Iglesias , se vele de noche despues de las oraciones del Ave Maria , y que se cierren en anochecer , por los inconvenientes que pueden resultar. Tambien mandamos que no se coma en las Iglesias, y que procuren que las mugeres en las Procésiones vayan apartadas de los hombres , segun está ordenado en nuestra Sínodo cap. 24. y 39.

7. Item mandamos , que los Curas
T que

que no serán semaneros no puedan ganar, ni ganen como tales en los entierros, ni oleares particulares, sino quando les tocare por su turno, advirtiendole que à los oleares no puedan entreenir sino solos los Clerigos Presbíteros, con el Sacristan.

8. Item, mandamos à todos los Vicarios Foraneos de nuestro Obispado, y à cada uno en particular, que so pena de excomunion mayor *latæ sententiæ*, y de otras penas à Nos reservadas no puedan dispensar, ni dispensen en las tres amonestaciones acostumbradas en los matrimonios, conforme está ordendo en el Sancto Concilio de Trento, ni amonesten à ningun forastero sin orden nuestro, ú de nuestro Oficial, y Vicario general.

ESTATUTOS, Y ORDINACIONES
para los que poseen Capellanías en las
Iglesias de nuestro Obis-
pado.

1. **P**Rimeramente estatuímos, ordenamos, y mandamos, que
 nin-

ningun Clerigo Capellan pueda firmar quitamiento de algun censal de la Capellanía que poseyere, ni pueda agenaar, vender, ni transportar bienes, ni rentas sin nuestro decreto, y licencia, ú de nuestro Oficial, y Vicario general, ó Vicario foraneo, aunque los censos sean à carta de gracia. Ni tampoco los de su patrimonio, y el precio de los censales descargados no entre en poder del Capellan, sino en el Erario, si le huviere, ó en el Archivo, ó en persona abonada, y diputada para ello segun está ordenado en nuestra Sínodo cap. 11.

2. Item mandamos, que los que tuvieren Capellanías, miren bien las instituciones de ellas, y procuren decir las Misas conforme la voluntad del instituidor, y sigan el orden del Racional, de tal manera que al fin del año hayan acabado con sus obligaciones.

3. Item, mandamos à todos los que tuvieren Capellanías, que procuren capbrevar todos los juros, censos, bienes, y rentas de ellas, y si algunos se huvieren perdido hagan diligencias en buscar los

autos , y restituirlos à dichas Capellanías ; y que todos los autos , y capbrevamientos se escrivan en un Libro , el qual haya de estar guardado en los Archivos de nuestras Iglesias , y de allí no se puedan sacar , so pena de excomunion. Y si por ventura se quitare algun censo , mandamos se haga mencion en dicho Libro del quitamiento , y se escriba el nuevo cargamiento , para que de esta manera estén mejor conservadas las rentas de las dichas Capellanías.

*ESTATUTOS , Y ORDINACIONES
para los Mayordomos , Platos , y Co-
fradías de nuestro Obis-
pado.*

1. **P**Rimeramente estatuímos , ordenamos , y mandamos , que los Clerigos que tuvieren à su cargo algunos platos, ó demandas, no puedan pedir para ellas los dias de Domingo , y Fiestas en las Misas mayores , lo que podrán remediar , encargandolo à seglares , con que sean personas honradas.

Item

2. Item mandamos, que ninguna persona pueda pedir limosna en las Iglesias de nuestro Obispado, sin especial licencia nuestra, ú de nuestro Vicario general, sino fueren las ordinarias del Santísimo Sacramento, de la Fabrica, de las Animas de Purgatorio, de los pobres de la Parroquia, y de las Cofradías en dicha Parroquia instituidas.

3. Item mandamos, que el día de la conmemoracion de los Difuntos, por el grande concurso de la gente, y por el estorvo que harán los platos, no se pueda pedir dentro las dichas Iglesias, si no fueren las demandas de la Fabrica, Sacramento, y Animas, y que las demás hayan de estar à las puertas de dichas Iglesias, so pena que los que contraviniereen serán rigurosamente castigados.

4. Item, mandamos so la misma pena que ningun bacinero pueda exercitar el tal cargo, sin que primero jure en mano de nuestros Vicarios, Rectores, ó Curas que harán bien, y legalmente su oficio, y guardarán en él toda limpieza, sin genero de fraude.

5.

5. Item , estatuímos , decimos , y mandamos , so pena de excomunion mayor , que cada un año estén obligados cada uno de los Mayordomos de Cofradías , y platos à dar cuenta con pago de las dichas administraciones à nuestros Vicarios , Rectores , y Curas respectivamente en presencia del Notario de la Vicaría , haciendose cargo , y descargo de las partidas. Y esto que sea dentro de un mes , despues de acabado el año de sus administraciones.

6. Item mandamos , que al tiempo de dar dichas cuentas se hallen presentes los Mayordomos que sucedieren ; y à estos se les entreguen actualmente sin fraude , y sin colusion , con dinero de contado , los alcances , mediante Notario , y de ellos se hagan cargo en las primeras partidas de sus libros , y cuentas.

7. Item , mandamos à qualesquier Mayordomos que libren , y entreguen al fin de su año , lo que tuvieren de su mayordomía encomendado por inventario , al Mayordomo que les sucediere , con la mesma seguridad , y obligacion que ellos lo

lo havrán recibido. Y esto sea ante los dichos Vicarios, Rectores, y Escrivano.

8. Item mandamos, que en las Hermitas no puedan ser admitidos por Hermitaños, sino personas de buen exemplo, vida, y recogimiento, à los quales dichos Vicarios Foraneos puedan encomendar dichas Hermitas durante nuestro beneplacito.

9. Item, mandamos à los dichos Vicarios, Rectores, y Curas, que en su poder tengan un Libro, y en él escritos los nombres de los Fabriqueros, Mayordomos de Cofradías, y Platos que cada un año se nombraren, y eligieren.

10. Item, por quanto en muchos de los Estatutos, y mandatos nuestros precedentes, no hay señaladas penas pecuniarias contra los que dexaren de observar, y guardar dichos Estatutos, por tanto ordenamos, proveemos, y mandamos à todas las personas en general, y à cada una en particular, respectivamente à quien tocare, los cumplan, y guarden con todo efecto, so pena de diez sueldos por cada vez que con-

contravinieren à algunos de ellos , aplicadores , la mitad à la Santa Cruzada, y la otra mitad en obras pias à nuestro arbitrio , y voluntad.

CONS-



*CONSTITUTIONES , ET STATUTA
quæ observari debent à Decano , Dignita-
tibus & Canonicis , qui nunc sunt , & in
posterum futuri erunt in Ecclesia Colle-
giata S. Nicolai Civitatis Alicanti
Diœces. Oriolen.*

Yosephus Stephanus Dei , & Sanctæ
Apostolicæ Sedis gratia Episcopus
Oriolensis , Regiusque Consiliarius &c.
Dilectissimis nobis in Christo Decano,
Canonicis , & Capitulo Ecclesiæ Colle-
giatæ S. Nicolai Civitatis Alicanti nostræ
Oriolensis Diœcesis salutem in Domino
sempiternam.

Quos labores ac molestias vestra cau-
sa pertulerimus , ut Apostolicas litteras
SS. D. N. Clementis Divina providentia
Papæ VIII. executioni mandaremus, vos-
metipsi nosti Filii Dilectissimi , qui nos
variis hominum impedimentis, veluti in-
gruentium tempestatum fluctibus involu-
tos, & quasi in agone , & palæstra virili-
ter

ter decertantes vidistis : pro nostræ Ecclesie, & huius Urbis salute, ac dignitate. Neque enim umquam curæ, & acerbitates, quas libentissime pro Christo Domino tulimus, nostram potuerunt labefactare, deiicere, aut perturbare constantiam, aut nostrum animum iam primum Deo addictum, à consilio dimovere, ut huius nostræ amplificandæ, & ornandæ Ecclesie studium abiiceremus : sperantes vos tamquam generosos ac nobiles filios cordis nostri, eandem in religione propaganda sequuturos esse virtutem, quæ vos & Deo dignos, & populo illustres, & virtutum candore conspicuos efficiat. Quæ spes ita animum nostrum consolatur, & erigit, ut confidamus in Domino, qui nos à tot laborum difficultatum, & molestiarum quasi turbine, ac concitata procella eripuit; eundem vobis nova ista dignitate exornatis propitium semper & benignum affuturum, effecturumque breviter, ut tamquam Seniores populi, ac verè Præsbyteri, modestiæ, gravitatis, decoris, integritatis, continentiæ, christianarumque virtutum exemplar omnium

-ocu-

oculis præbeatis ; & in commune huius Civitatis præsidium, ita continuis orationibus , & precibus vigiletis , ut summa in ea ad felicitatem bona succedant. Quod erit facilius factu, si memores sitis Apostolorum, ac Patrum nostrorum Ecclesiarum Principum, qui abiecto omni seculari studio, maximis laboribus periculisque perfuncti, soli virtuti studebant , solam pietatem sectabantur, ut sibi creditos populos ad verum Dei cultum , & religionem, & charitatem erigerent. *Mementote*, inquit Apostolus, (ad Heb. 13. v. 7.) *Præpositorum vestrorum, qui vobis loquuti sunt Verbum Dei* : qui in agone decertarunt, qui maximas angustias sustinuerunt; qui non aërem verberantes dimicarunt , sed confortati in gratia Domini nostri Iesu-Christi , tamquam boni milites laborarunt , & in omne opus perfectum excreverunt, ut illius oculis ac spectaculo placerent, qui eos ad Ecclesiasticum munus elegerat. Quæ omnia cum in vobis optemus , & exposcamus ex animo , ne quid tandem nostræ in vos pietatis defuisse videatur, has constitutiones, & ordinationes

pro

pro foelici Ecclesiae Collegiatae gubernatione, pro cultus Divini incremento, pro morum reformatione, vobis proponimus, ut facilius, religioni, muneri, obsequio, & huius Ecclesiae decori, & dignitati consulamus.

Igitur qui novo munere, & dignitate exornati divino ministerio, & cultui adduntur, in primis maxime curare debent, ut ea exequantur, quae ad suum munus, & officium pertinent. Quamobrem Decanus, Cantor, Sacrista, & Canonici nostrae Ecclesiae Collegiatae S. Nicolai in id potissimum pervigilent, & in eam maxime curam incumbant, ut Divinus cultus in dies augeatur, sacra officia debite ministrentur, & ex dignitate loci, & temporis Dei obsequia, & sacrificia pie, & religiose peragantur.

Nam cum nihil magis deceat inferiores, quam debitus cultus, & observantia erga maiores & superiores suos, quorum exemplo & auctoritate gubernantur: propterea debent, & tenentur omnes Dignitates, atque Canonici huius Ecclesiae Collegiatae, nostris praecipis & mandatis omni-

ni-

nino parere, nobisque cultum, obsequium, reverentiam, & obedientiam præstare, quæ de iure & consuetudine præscribuntur.

Et quoniam hæc Ecclesia Collegiata S. Nicolai, aliquo privilegio particulari munita non est, nec à visitatione, iurisdictione, & nostra punitione libera & exempta, sed in omnibus nobis pareat, subiectaque sit, & causæ omnes criminales à nobis & nostro Vicario generali dumtaxat definiendæ, & omnino terminandæ sint: volumus, ne posthac aliquis ex Dignitatibus, & Canonicis audeat, vel præsumat se ipsum in huiusmodi negotiis, & causis disceptandis, & determinandis ingerere, aut quovis quæsito colore immiscere, cum & sacrosancti Conc. Tridentini declarationibus contrarium sit, & maiorum consuetudini, & morum reformationi repugnet.

Cum in omnibus Ecclesiis Collegiatis totius Hispaniæ, tam horis diurnis, quam nocturnis, diligens Deo bonorum omnium auctori famulatus exhibeatur: constituimus, ut posthac in Ecclesia Collegiata S. Nicolai matutinale officium media nocte de-

decantetur, & in eo ea portio interessentibus distribuatur, quæ pro temporis, & reddituum opportunitate à nobis fuerit designata. Pari ratione iubemus, ut horæ diurnæ pie ac solemniter celebrentur pro temporis ratione in Breviario Romano præscripta. Ut vero Virginem Mariam sanctissimam parentem nostram, propitiam, & nobis magis addictam habeamus, volumus, ut posthac eius officium parvum, quod appellant, in singulis horis nocturnis & diurnis recitetur in Choro, eo modo, studio, & tempore, quo ad finem Breviarii Romani præscribitur.

Singulis etiam diebus non impeditis, post primam quæ congruenti tempore recitanda est, statim Defunctorum Missa dicatur: qua peracta, habita processione intra Ecclesiam, quatuor ad minus responsoria ad animarum fidelium suffragium, & auxilium decantentur.

Nullus præterea tam Canonorum, quam Clericorum dictam Processionem comitari desistat, nisi necessario, & legitima ex causa fuerit impeditus: alioquin dimidia distributionis parte mulctetur,
cre-

crescente vero contumacia, in totum distributionibus privetur, quæ aliis interessentibus accrescant.

Singulis quoque diebus non impeditis, ut animarum fidelium defunctorum salutis, & suffragiis consulatur, finito completorio, nocturnum defunctorum illius diei decantetur in Choro, assignata portione congrua interessentibus, pro ut reddituum & temporis ratio patietur.

In reliquis vero, quæ ad Chori & officiorum ordinem, dispositionem & cultum spectantia, peragenda erunt, omnino Breviarii, Missalis, & Pontificalis Romani ordo servandus erit, nec ab eis aliqua vel minima in parte recedendum, cum in hac re à SS. D. N. Pio V. & eius successoribus Romanis Pontificibus diligentissime fuerit consultum.

Qui officio matutinali non interfuerint, ut est usitata nostræ Cathedralis Oriolensis consuetudo, nulla eis vel occasio, vel causa, vel infirmitas, vel necessitas suffragari poterit, ut distributiones nocturnas adquirant. Ut vero studiosius officium nocturnum peragatur, assignamus

sex-

sexdecim solidos in utraque Ecclesia distribuendos inter eos, qui in Choro respective nocturno tempore residentiam fecerint : ita ut unusquisque Clericorum octo tantum nummos accipiat, nec plures lucrari possit, nec residui aliis propter tenuitatem distributionum accrescant, licet pauciores Clerici interfuerint.

Quod si minime accedant tot Clerici, ut possint prædicti sexdecim solidi in eos distribui, postquam unusquisque interestium octo nummos receperit, iubeamus, ut id quod reliquum fuerit, ad communem Clericorum massam interim aggregetur : donec pro reddituum ratione maior summa dividi possit.

Capitulum non habeatur, nisi Missa conventuali finita, & peractis vesperis, & defunctorum officio : si secus fecerint, distributionibus eius diei priventur.

Capitulum ad sonum campanæ maioris necessario bis in mense celebrari debet, nempe prima die mensis non impedita, ut ratio ab omnibus Dignitatibus, Canonicis, Presbyteris, atque ministris exigatur circa Ecclesiæ administrationem, curam,
de-

decorem, cæremonias : si silentium in choro servatum fuerit, si officia debite peracta, si fortasse aliquis defectus, quod Deus avertat, acciderit.

In loco Capituli singuli modeste admoneri debent, & in eorum negligentias animadverti à Præsidente Capituli, omni convitiandi remota occasione, ibique corrigi, qui in Ecclesia, Choro, Sacristia, vel Processionibus parum modeste adstiterint; vel vociferati fuerint, vel qui se negligentes circa sui muneris curam exhibuerint.

Die etiam decima quinta cuiuslibet mensis ad sonitum eiusdem campanæ Capitulum congregetur, ut Syndici & Procuratores, ac alii, reddituum rationem reddant, videlicet quonam pacto fructus distracti ac venditi, quæ pecuniæ censui deditæ, quæ lites exortæ tam apud iudices sæculares, quam Ecclesiasticos, quæ controversiæ, & disceptationes excitatæ fuerint, ut his & aliis similibus, ex consilio Advocatorum provideri possit.

In aliis diebus nisi cogente necessitate, quæ differri non possit, & nisi hora,

V

&

& tempore præscripto, Capitulum nequaquam habeatur.

Decanus, vel Præfectus Capituli, vel qui erit antiquior ex Dignitatibus, & Canonicis, absente Decano, litteras nomine Capituli nec scribat, nec sigillo communiat, nec ab aliis redditas appetat, nisi ex consensu Capituli: subscribant vero saltem duo vel tres de Capitulo.

Ex maiori quoque voto, & deliberatione negotia peragantur, rei tantum veritate perspecta, & abiecto omni contradicendi, & convitiandi animo.

Convocetur vero Capitulum per Nuncium Iuratum & deputatum, & Capitularibus die hesterna, vel priusquam congregari debeant, causa convocationis, si fortasse expedierit, reddatur, ne imparati causam dicant. Habeatur vero præsentem Notario, qui vota omnia in tabulas referre possit.

Secretum Capituli servandum erit medio iuramento: cum turpe sit Ecclesiastica negotia in plebis aures evulgari & à secularibus hominibus intelligi.

Quam-

Quamobrem iubemus, ne Capituli, & Ecclesiarum negotia, vel in Choro, vel in Ecclesia, vel in privatis domibus tractentur, sed tantum in loco Capitulari ad hoc specialiter deputato. Qui secus fecerint, excommunicationis sententiam incurrant, & à Nobis & nostro Vicario generali graviter puniantur.

Archivii Præfectus Canonicus sit, qui singulis annis, meritorum habita consideratione, à Capitulo eligatur: pœnes quem acta, & documenta omnia recondita sint in loco honesto, & tuto Ecclesiæ. Ab eo quidquid actum, gestumque fuerit, tam circa res Ecclesiæ, erectionem, dotationem, gubernationem, redditus, proventus, & fructus, quam circa ingressum singularum personarum de Capitulo, necnon etiam circa Magistratibus, qui ad gubernationem Civitatis eligentur, & earum rerum, quæ in urbe contigerint, fideliter describatur.

Cum pecunia, quæ pes fixus dicitur, necessaria sit ad Dei cultum promovendum, ne temporis necessitate, si

desit, studium, & Ecclesiæ ornatus negligatur, propterea volumus, ut, donec congrua portio iudicio nostro, & successorum nostrorum, cum consilio Capituli, decernatur, ea summa pecuniarum congregetur, quæ pro temporis necessitate ministros Ecclesiæ iuvare, & fovere possit. Unde volumus, ne defunctorum Canonicorum, vacationis tempore, donec alii defunctorum loco succedant, fructus & redditus aliis accrescant, nec aliquis de mortis annata testari possit, sed hoc omne, quodcumque illud fuerit, pedi fixo accumulatur, & aggregetur, donec competenter fuerit Ecclesiæ necessitati consultum.

Et quoniam ea est temporum caritas, & victus egestas, ut nisi Canonici aliqua portione iuventur, suo decori satisfacere non possint: propterea, ne vilescat eorum auctoritas, volumus, ne Capitulum funus aliquod publicum comitetur, nisi decem & sex libræ monetæ Valentiniæ Capitulo persolvantur, quæ inter præsentibus dividi debeant. Nec

ali-

aliter Capitulum ad funus ducendum procedat, nisi in tumultandis cadaveribus Canonorum, quæ ab illorum domibus in suam Ecclesiam gratis deferri debent.

Officiales Canonici in Ecclesia hi eligantur, qui in manibus Capituli iurent se bene, & fideliter suum munus obituros: Syndicus ad lites tantum, Procurator, qui Capitularium redditus exigat, quod munus per turnum Canonicis competet: duo Iudices computi accepti & expensi, quibus ratio ab aliis exhiberi debet ad finem cuiuscumque mensis: ipsi vero in Codice summam conscribant, ut eam singulis annis Nobis, vel nostro Visitatori exhibeant: præterea duo Canonici depositarii vel clavicularii, qui in arca communi, duabus clavibus bene custodita, & in loco munito reposita, pecunias servent: Canonici, qui Missas persolvat, sitque Rationalis utriusque Ecclesiæ, ad quem redditus omnes Presbyterorum, & Clericorum Ecclesiarum Sancti Nicolai, & S. Mariæ deferantur. Hic duos
Cle-

Clericos sub se habeat respective residentes in utraque Ecclesia, qui redditus colligant, & huic Canonico per singulas hebdomadas rationem reddant. His omnibus Officialibus certum salarium assignetur, pro ut tempus, & ratio tulerit.

Quotiescumque agendum erit de interesse Capituli, libera sit penes ipsos Capitulares, cum consensu, & approbatione Nostra & Nostrorum successorum, administratio reddituum, & bonorum suorum: cum vero agetur de interesse Clericorum, videlicet de redditibus, & emolumentis antiquarum Massarum utriusque Ecclesiae, nimirum de modo distribuendi & exigendi; aliqui utriusque Parochiae Clerici advocentur, ut in huiusmodi computis reddendis & in suis rebus administrandis intersint. Ita ut computum legitimum non habeatur, nisi aliqui Clerici praesentes extiterint.

Singulis annis singuli libri compacti fiant, singularum administrationum capita, & redditus continentes, ne in uno libro omnia permixta, & confusa existant,

stant, sed in singulis libris singula distinctè habeantur.

Clerici Sancti Nicolai distributiones, & emolumenta omnia lucrabuntur, quæ in Ecclesia Sanctæ Mariæ distribui solent, & è converso: ita ut unum omnium Clericorum utriusque Ecclesiæ sit lucrum.

Vestitus ministrorum Dei decens sit, & ornatus gravis, ut pietatem & non levitatem redoleat. Quare Mussæ sericæ ne fiant, sed ex panno, qui ad Ecclesiasticos ornandos aptior iudicetur. Omnes paulo antequam ad Chorum accedant, in Sacrario, seu Sacristia vestiantur, & bini ad Chorum accedant magna cum modestia, ut Senatus Ecclesiasticus videatur.

Introitu finito in Missa, aut primo Psalmo in Vesperis, aut antequam in Matutinis invitatorium absolvatur, si Dignitates, Canonici, & alii ingressi Chorum non fuerint, distributionibus illius horæ mulctentur.

In Choro nullus suum locum deserat, nec hac, illac discurrat, nec à Cho-

ro discedat sine Præfecti licentia : si dimidiatum officium quis deserat , aut in Missæ , & aliorum officiorum fine præsens non adfuerit , dimidiata portione illius horæ privetur.

Decani munus erit in Choro , & Processionibus præesse , cuncta prospicere , vigilare in rebus Ecclesiæ , ut ad Episcopum deferat ; maxime circa decorem Clericorum , eosque verbo benigne admonere , ut sæcularium consuetudines fugiant : quo die , quavè hora Capitulum haberi debeat cavere , proponere , vota exquirere , presente Notario , numerare , & ex maiori parte Capituli sententias diffinire , negotia , singulis ex voto Capituli committere , quæ utilitati communi conducent.

Decanus debet celebrare Missas, Nativitatis Domini , Circumcisionis , Epiphaniæ , Purificationis , Feriæ quartæ Cinerum , Dominicæ in Ramis Palmarum , Iovis , & Veneris maioris hebdomadæ , die prima utriusque Paschatis, Corporis Christi , & in Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, & Sancti Nicolai.

Can-

Cantor, quæ secunda est Dignitas, Chori officium habeat, & in eius celebrationis ordine servando studeat diligenter, & absente Decano, silentium in Choro iubeat ac imperet, libros evolvere, & aperiri præcipiat, antequam officium inchoetur, tum etiam diligenter in armario bene munito servari curet.

Subcantorem suo salario, pro reddituum ratione, alere debet, pueros Chori gubernare, & eligere cum consensu Capituli, eosque qua decet pietate, & maturitate regere, ne privatis Missis desint, sed debito tempore Choro inservant.

Iubebit quoque ut Magister Capellæ singulis diebus cantum doceat, & exerceat, & ut Tibicines id etiam faciant. In quam rem maxime incumbet, ne illi tanto huic bono desint.

Cantor singulis hebdomadis tabulam in Choro constituat, in qua officii ordo, & Aniversaria, tum nomina eorum, qui celebraturi sunt, & cappas gestaturi, describantur.

Missas has decantabit, in Galli cantu,

tu , & in singulis secundis Festis utriusque Paschatis, S. Stephani , omnium Sanctorum , & omnium defunctorum : in omnibus Dominicis Adventus , in festivitate S. Ioannis Baptistæ , S. Petri , & Dedicacionis Ecclesiæ , Sancti Iosephi, in Sancti Nicolai Translatione , & Sabhato sancto.

Sacrista , seu Thesaurarius curabit Altarium decorem , ut nitidæ sint Mappæ, Purificatoria , ornamenta decentia, & culta , Sacerdotales vestes pro tempore suis coloribus congruentes ministris præbeantur ; auri , & argenti suppellectilium totius Ecclesiæ curationem habeat.

Inventarium rerum omnium Sacristiæ singulis annis faciat , præsentibus duobus de Capitulo , vel factum comprobet : si quid de novo factum vel immutatum ad templi ornatum fuerit , describat , addatque Inventario : si quid etiam tempore perierit , pariter quoque animadvertat , & de iis Episcopo , vel eius Vicario rationem reddat.

Singulis diebus , antequam Officium

in-

inchoetur , teneatur accedere primum ad Sacristiam , ut ea iubeat , quæ pro sui conscientia opportuna ad cultum divinum iudicabit. Mox exploret , ac videat altaria , an recte omnia , & decenter culta sint & ornata. Campanæ eius auctoritate , & ordine , de consensu Capituli , hora competenti pulsentur.

Sacrista , seu Thesaurarius , duos minores Sacristas eligat , & ab his fidei iussionem & cautionem recipiat.

Missas celebrabit omnibus tertiis Festivitatibus Natalis , & Paschatum , in omnibus Dominicis Quadragesimæ , in Festivitatibus Beatæ Mariæ , & Apostolorum.

In cæteris vero Dominicis , & festivis diebus duplicibus , semiduplicibus , ac simplicibus , & à Sabbato ante Dominicam in Passione , usque ad Feriam quintam maioris hebdomadæ exclusivè , & in Rogationibus , reliqui Canonici per turnum Missas celebrabunt.

Qui vero celebraturi sunt , à primis Vesperis officium inchoare debent , & si ignorant Ecclesiasticum cantum , aut
in

in eo exercitati non fuerint, emolumenta, quæ ex capparum gestatione colliguntur, minime percipiant.

Clerici, qui admittendi sunt ad Ecclesias, cantare discant intra tres menses: alioquin distributionibus quotidianis priventur.

Tribus diebus festivis cuiuscumque Paschatis Canonici, si abfuerint, portionem aut distributiones lucrari, seu solatium, ut dicitur, capere non poterunt. Die etiam Sacratissimi Corporis Domini nostri Iesu Christi una cum tota Octava, etiamsi antea præsentibus fuerint, si tamen prædictis diebus in Ecclesia non interfuerint, vacatio, seu solatium ipsis non suffragetur, ut emolumenta lucrari possint. A die Sabbati ante Dominicam in Passione, usque ad Dominicam in Albis inclusive, ab Ecclesia abesse non possunt: si fecerint solatio, & fructibus illius temporis privandi erunt. Omnibus etiam diebus Dominicis, & festivis colendis, illi ad solatium lucrandum admitti non debent qui in Civitate cum sint, horis Canonicis,

&

& divinis officiis non intersunt.

In diebus à Nobis statutis, in quibus necessario Capitulum haberi debet, qui solatio, seu muneris vacatione frui voluerint, si extiterint in urbe ad Capitulum tenentur accedere: aliter distributionibus, & solatio eius diei careant.

In hisce diebus, in quibus Processiones publicæ habendæ sunt, nullus ad muneris vacationem, seu solatium admittatur, sed Processionibus interesse debet, etiam si alio extra urbem se conferre cogatur. Idemque observandum erit in die Assumptionis, & Conceptionis integerrimæ Virginis.

Tempore vero absentia plures quam tres Canonici ab Ecclesia abesse non possint. Interpollatis tamen diebus, & non in præcipuis anni Festivitatibus, à Chori & Ecclesiæ servitio recedere poterunt: si secus faciant pro temporis iactura distributionibus, & portione priventur.

Post adeptam Canonicatus, vel Dignitatis possessionem, nullus per sex integros & continuos menses ab Ecclesiæ

re-

residentia abesse potest : alioquin si aliquem intermiserit diem , tota massa privetur, & iterum eandem per sex alios integros menses inchoet residentiam.

Absens ab Ecclesia per duos menses habere potest solatium , seu lucrari distributiones quotidianas , non tamen funerarias , & quæ personalem assistentiam requirunt.

Canonicus negotiorum Præpositus deferat , & denunciât decimaquinta die cuiuslibet mensis Capitulo statum omnium negotiorum , quæ tractantur , & animadvertat , ac certiores reddat de his omnibus quæ sibi videbuntur, Syndicos & Procuratores negotia gerentes, ut facilius Ecclesiæ litibus consulatur.

Pœnitentiarius singulis diebus tempore opportuno , in publico loco se deat , ibique expectet pœnitentes , casuumque conscientia Summas à viris doctis , timoratis ac probatæ vitæ , & conscientia integritate , & doctrinae severitate florentibus elaboratas , assiduo volvat , & attentis oculis & animo perlegat , atque percurrat non sine obser-
va-

vatione ; ut poenitentibus ad ipsum accedentibus in his , quæ dubitaverint , de iure respondeat.

Canonicus Concionator in omnibus Dominicis Adventus , & Quadragesimæ , & in aliis festivis diebus , in quibus Concionatores defuerint , ad populum conciones habeat.

Canonicus sacrarum litterarum Interpreter casus conscientiaë legat , & doceat , vel eas lectiones habeat , quas vel Nos , vel Successores nostri assignaverint. Subsequenti vero tempore , ubi se obtulerit occasio , ex aliqua vel præstimoniorum , vel beneficiorum vacatione Concionatori & Lectori aliquid ampliùs adiungatur , prout Nos , vel Nostri Successores consonum iudicaverint.

Atque ut omnia debito ordine peragantur , sit Clericus Punctator , qui medio iuramento in manibus nostri Vicarii præstito , absentes , & in quacumque hora non interessentes describat , ac notet : ut ad finem mensis constare possit , quæ quisque Canonorum , & Clericorum lucra perceperit.

Heb-

Hebdomadarios duo per singulas hebdomadas Sacramenta ministrent, alii duo Choro, consuetis horis, intersint, ibique officia omnia suo tempore incohent, Missas sibi assignatas celebrent. Quod fiat per turnum, ne Sacramentorum ministratio, & Chori officium negligatur. Tempore verò Quadragesimæ omnes Hebdomadarii, si necessitas urgeat, Sacramentorum, & animarum curæ invigilent. Chori verò administratio & functio aliis Clericis, cogente Hebdomadarios necessaria absentia, committatur.

Ut verò grati animi significationem Philippo III. Regi nostro Catholico, ac Max. exhibere possimus, cum eo adnente hæc Ecclesia Collegiata Sancti Nicolai suum splendorem fuerit assequuta, perpetuis futuris temporibus constituimus, atque iubemus, ut singulis totius anni diebus ultima Missa, quæ undecima, dicitur in Altari maiori pro illius salute, incolumitate, prosperitate, & suorum Regnorum felicissimo incremento, & dignitate recitetur: ne tanto huic debito, ac

be-

beneficio, quo Regi nostro potentissimo addicti sumus, aliqua in re defuisse videamur.

Hæ itaque sunt constitutiones, & ordinationes, dilectissimi Filii, quas necessarias iudicavimus ad huius Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai ornatum, & cultum Divinum non modo conservandum, sed in dies etiam augendum, & propagandum, ad vestrarum animarum, & totius Populi salutem, ad commune omnium decus, & dignitatem. Has, præstito iuramento, ad unguem observare, & studiosè curare debetis, ut ab aliis diligentissimè observentur: ita ut nulli Dignitatis, vel Canonica-tus possessio in posterum tradi possit, quin prius iuramentum emiserit, se pro sua virili parte his Constitutionibus, & observationibus perpetuò obtemperaturum. Curabitis præterea, ut eadem omnes Constitutiones, & Ordinationes in libro optime compacto fideliter conscribantur, qui in Archivio Nostræ Ecclesiæ Collegiatæ S. Nicolai ad perpetuam memoriam, & futurorum sæculorum recordationem, debitumque Ecclesiæ regimen

servari, & custodiri debet. Contendite ergo, Filii charissimi, ei placere, qui & nostras conscientias intuetur, & suis oculis cuncta perlustrat; ut cum piè, & sanctè pro vestra virili parte huius Ecclesiæ curis, & laboribus fueritis perfuncti, tandem ab eo præmium assequi possitis, qui nunc virtutem ad merendum, & ad egregiè decertandum confert. Valet in Domino in Civitate Alicanti XII. Kalendar. Augusti, anno Domini, ac Redemptoris nostri M.DC. Pontificatus SS. D. N. Clementis, divina providentia Papæ VIII. anno IX. regnante Philippo III. Hispan. & Indiarum Rege nostro Potentissimo, Catholico, Maximo, Regnorum eius anno II. & Consecrationis nostræ anno XV.

Iosephus Stephanus Episcopus Oriolanus.

De mandato dicti Reverendissimi
Domini mei Episcopi.

*Antonius Tari Notarius, & Scriba
Apostolicus.*

LIT-

LITTERÆ ILLUSTRISSIMI, AC RE-
 verendissimi Domini Hieronymi Cardi-
 nalis Matthæii ad Reverendissimum Do-
 minum Iosephum Stephanum, Episco-
 pum Oriolanum transmissæ, de Synodi
 Diœcesanæ celebratione.

Reverendissime Domine uti
 frater.

SAcra Congregatio Cardinalium Conci-
 lii Tridentini Interpretum sæpius con-
 sulta respondit, licere Episcopo, ad eum-
 que pertinere cogere Synodum Diœcesa-
 nam absque consensu, & consilio Capitu-
 li. In ea autem Constitutiones eundem
 Episcopum edere, & promulgare posse
 absque consensu, & approbatione Cle-
 ri; debere tamen requirere Consilium
 Capituli, tametsi illud sequi non tenea-
 tur, præterquam in quibusdam casi-
 bus à iure expressis. Quæ Amplitudini
 tuæ, in Synodi celebrationem incumbenti,
 idcirco significare voluimus, ut ex Pa-
 trum sententia quid sibi liceat, quantaque
 hac in re sit eius facultas agnoscens, im-
 pedimentis omnibus sublatis, Synodum ce-

lebret, & absolvat, ex qua plurimum utilitatis ad animas sibi creditas perventurum speramus: quippe qui pastoralem eius sollicitudinem, acremque zelum, & sollertiam, ac sacrarum litterarum cognitionem, qua eminet, optime compertam habemus. Deus Amplitudinem tuam incolu- mem servet. Romæ die XVII. Maii 1599.

Amplitud. tuæ Reverendissimæ
uti frater Studiosus,
Hieronimus Cardinalis Matthæius.

**DECLARATIO ILLUSTRISSIMORUM
DD. Cardinalium Congregationis Sacro-
rum Rituum, posse Episcopum Chrisma
extra Ecclesiam Cathedralem
consecrare.**

ETsi deceret Episcopum, in maiori præsertim hebdomada, cum Chris- matis, Cathecumenorum, & infirmorum olea consecrantur, in Cathedrali Eccle- sia residere, tamen si eo tempore ab Ec- clesia Cathedrali abfuerit, posse huius-
mo-

modi olea in alia Ecclesia suæ Diœcesis
 benedicere, & consecrare, debitis cæ-
 rimoniis adhibitis, respondit Congrega-
 tio Sacrorum Rituum ad supplicem libel-
 lum R. P. D. Episcopi Oriolensis. Die
 17. Novembris 1600.

Alphonsus Cardinalis Gesualdus.

Alexander Gratianus Auditor pro Se-
 cretario Congregationis.

LITTERÆ ILLUSTRISSIMI AC RE-
 verendissimi D. Cardinalis Mathæi, ad
 Reverendissimum Dominum Iosephum
 Stephanum Episcopum Oriolanum trans-
 missæ, de visitatione fabricæ mi-
 noris, vel quintæ
 Domus.

Perillustris ac Reverendissime Domi-
 ne uti Frater.

TUS visitandi fabricam minoris, vel
 quintæ Domus istius Diœcesis ab
 eiusque administratoribus rationem admi-
 nis-

nistrationis exigendi, ad Amplitudinem tuam pertinere indubii iuris est, præsertim novissimi Tridentini Concilii. Cui plane iuri, fel. mem. Gregorium XIII. Litteris in forma Brevis, die VI. Septembris M.D.LXXVIII. à se datis, quibus Capitulo Oriolen. ius administrandi, ac vindicandi, expendendique in fabricæ utilitatem illius redditus, absque Ordinarii licentia tribuit, nihil omnino detraxisse putant Illustrissimi Patres Trident. Concil. Sanctissimi Domini nostri auctoritate Interpretes. Qui id tibi significatum voluerunt, ne facultate tibi ex Concilii decretis competenti, nec dictis litteris abrogata, aut imminuta, uti libere possis, sed ea libertate quæ legum & canonum est constrictæ vinculis. Deus Amplitudinem tuam incolumem servet. Romæ die XXVII. Novembris anno M.DCI.

Amplitudinis tuæ Perillustris, ac
Reverendissimæ.

Uti Fr. Hier. Card. Matthæius.

Et ✕ ego Iacobus Ferrandez Presbyter
Oriolen. publicus Apostolica auctorita-
te

te Notarius, & Scriba Curia Ecclesiastica Oriolen. fidem publicam facio, & attestor hæc tria exemplaria, sive transumpta superius contenta, & typis impressa trium litterarum, sive declarationum ad Perillustrem, & Reverendissimum Dominum meum Iosephum Stephanum Dei, & Sedis Apostolicæ gratia Episcopum Oriolanum, transmissarum, quarum prima est Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Hieronymi Cardinalis Matthæii, Romæ die decima septima mensis Maii, anno Domini M.D.XCIX. In qua affirmat Illustrissimos Dominos Cardinales Sacri Concilii Tridentini Interpretes declarasse, licere Episcopo, ad eumque pertinere, cogere Synodum Diocæsanam absque consensu, & consilio Capituli, posseque etiam in ea constitutiones edere, & promulgare absque consensu, & approbatione Cleri, debere tamen requirere consilium Capituli, etsi illud sequi non teneatur, præterquam in quibusdam casibus à iure expressis. Secunda verò est Illustrissimi ac Reverendissimi Domini

Al-

Alphonsi Cardinalis Gesualdi, data die 17. Novemrbis 1600. in qua affirmat Illustrissimos ac Reverendissimos Dominos Cardinales Congregationis Sacrorum Rituum declarasse, posse Episcopum, si à Cathedrali abfuerit, in qualibet Ecclesia sui Episcopatus Chrysmatis, cathecumenorum, & infirmorum olea consecrare. Tertia verò & ultima est dicti Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Hieronymi Cardinalis Matthæii, data Romæ die 27. Novembris anno 1601. in qua affirmat, posse dictum Dominum Episcopum Oriolanum visitare fabricam minoris, vel quintæ Domus: prædicta, inquam, prædictarum trium litterarum exemplaria, sive transumpta, à suis originalibus registris, penes dictum Dominum Episcopum Oriolanum existentibus, fideliter, nec apice quidem immutato, fuisse translata & transcripta. In quorum omnium, & singulorum fidem, hìc me suscripsi, ac meum solitum, consuetum apposui signum requisitus.

*Jacobus Ferrandez Presbyter
Notarius & Scriba Apost.*